De vocabulis antiquae comoediae atticae quae apud solos comicos aut omnino inveniuntur aut peculiari notione praedita occurrunt.

De vocabulis antiquae comoediae atticae quae apud solos comicos aut omnino inveniuntur aut peculiari notione praedita occurrunt.

SCRIPSIT

Dr. C. L. IUNGIUS.

TRAIECTI AD RHENUM
APUD KEMINK & FIL.
MDCCCXCVII.

AMSTELODAMI
APUD IOHANNEM MÜLLER.
MDCCCXCVII.

PRAEFATIO.

PRAEFATIO.

In hoc opere collecta sunt vocabula ex antiqua comoedia attica, quae a solis poetis comicis usurpata sunt. Fortasse igitur miretur aliquis, si primo conspectu tot vocabula usitatiora recepta esse videat, sed factum id est, quia non solum formae, sed etiam notionis vocabulorum ratione habita, etiam ea vocabula recipienda esse putavi, quae alio sensu apud comicos, alio apud ceteros scriptores leguntur.

In fabulis Aristophanis editionem usurpavi Theodori Bergkii alteram (Lipsiae in aed. B. G. Teubneri 1884), ubi autem aliam lectionem secutus sum, sub singulis vocibus id perspicue indicavi; in fragmentis Aristophanis et reliquorum scriptorum antiquae comoediae editione usus sum Theodori Kockii (Lipsiae in aed. B. G. Teubneri 1880). Praeterea cum fragmenta comicorum pertractavi e codice Sabbaïtico Hierosolymitano exerpta apud Blaydesium „Adversaria in comicorum graecorum fragmenta" part. II. p. 344 sqq., unde vocabula *χλανιδοφόρος*, *αὐχμηρόβιος*, *ἀΰπνως* sumpsi, tum fragmenta e Lexico Messanensi de iota adscripto in Museo Rhenano, e quo vocabula *ᾠ̈α* et *συνῳδικός* recepi.

Insuper monendum est brevitatem fragmentorum, quae saepe una tantum voce constant, causam nonnumquam fuisse, cur de vocabulorum usu ac ratione plenius disputare non possemus. Id factum est in vocabulis *ἡμίλουτος*, *ἡμιμάσητος*, *ἰβύ*, *ναύτρια*, *ὄλολος*, *ῥαφανίδιον*, *Φιλοκηδής*, *ᾀσμάτιον*, *βαθρίδιον*, *δειπνίον*, *μυρίδιον*, *σταμνάριον*, aliis.

Toti opusculo formam dedi lexici, ut is, qui de vocabulo aliquo antiquae comoediae proprio hunc librum consulere velit, commodius eo negotio fungi possit.

Quod ad originem vocabulorum comicorum vel ad eorum notiones attinet, multas classes sive genera distinguenda esse putavi, quorum primum esto quod contineat:

§ 1. Vocabula comice ficta, et quidem:

α. Licentia comica ficta, scil.:

Vocabula in quibus tam substantiva quam adiectiva et verba in unum vocabulum composita sunt: *ἀρχαιομελισιδωνοφρυνιχήρατα*, *κομποφακελορρήμων*, *κωδωνοφαλαρόπωλος*, *λεπαδοτεμαχο-* sqq. (nomen cibi undeoctoginta syllabarum), *σκοτοδασυπυκνόθριξ*, *σκοροδοπανδοκευτριαρτοπώλιδες*, *σπερμαγοραιολεκιθολαχανοπώλιδες*, *σφραγιδονυχαργοκομήτης*, *σαλπιγγολογχυπηνάδαι*, *σχρκασμοπιτυοκάμπται*, *λειριοπολφανεμώνη*, *κρομμυοξυρεγμία*, *κρουνοχυτρολήραιος*, *κυμινοπριστοκαρδαμόγλυφος*, *ἰωνόκυσος*, *ὀρθροφοιτοσυκοφαντοδικοταλαίπωρος*, *διειρωνόξενος*, *ἐγγλωττοτυπεῖν*, *ῥαθαπυγίζω*, *τορνευτολυρασπιδοπηγός*, *ταγηνοκνισοθήρας*, *τρυγῳδοποιομουσική*, alia.

Numeralia insunt in: *ψαμμακοσιογάργαρα*, *πολλοδεκάκις*, *χιλιόπαλαι* et quae ibi collata sunt, aliis.

Comparatio quaedam invenitur in: *κομηταμυνίας*, *γαστροχάρυβδις*, aliis.

Interpositae sunt praepositiones in: *θυμβρεπίδειπνος*, *νυκτοπεριπλάνητος*, et e duabus praepositionibus compositum est *περιαμφίς*.

Praeter haec compositorum vocabulorum genera extant: *κεραυνοβρόντης*, *μελανοσυρμαῖος*, *φλαττόθραττο*, *εὐριπιδαριστοφανίζω*, *κοινοθυλακεῖν*, *κυδοιδοπᾶν*, *μολυνοπραγμονεῖσθαι* aliaque permulta.

β. Occasione invitante ficta: *ἀντισιωπᾶν*, *ἀντακροᾶσθαι*, *διεντέρευμα*, *ἐπιδιαρρήγνυμι*, *κατασικελίζω*, *καταφροντίζω*, *κυνοκλόπος*, *κατατριακοντουτίζω*, alia.

γ. Ea quae comice quidem formata sunt, ita tamen ut quibus legibus sint formata facile appareat; ad quod genus refero:

Verba quibus inest notio „in ore habeo": *καρδαμίζω*, *δημίζω*, *αἰγιάζω*, *τίζω*, *βακίζω*, alia.

Quae morbum vel desiderium significant: *βεμβικιῶ*, *μελλονικιῶ*, *σιβυλλιῶ*, *τοκῶ*, *ὑοσκυαμῶ*, *ὑπερπυρριῶ*, *χειρονομησείω*, *ἑτερεγκεφαλῶ*, *μαστιγιῶ*, alia.

Verba deminutiva: *βδύλλω*, *ἐξαπατύλλω*, *ἡβυλλιῶ*, alia.

Nomina feminina comice ficta: *μαγείραινα*, *κηρύκαινα*, *ἰχθυοπώλαινα*, *ἀλεκτρύαινα*, *καρδόπη*, *στρατηγίς*, *φθίνυλλα*, *ἐπικοκκάστρια*, *συκοφάντρια*, *συμπαίστρια*, alia.

Ficta ad patronymicorum similitudinem: *μισθαρνίδης*, *σπουδαρχίδης*, similia.

Comparativi et superlativi comice ficti sunt: *κραμβότατος*, *αὐτότατος*, *ὀπτότατος*, *προτεραίτερος*, *ἀνδραποδιστικώτατα*, *ποτίστατος*, *γαστρίστερος*, alia.

Imitativa: *τιτιτιτιτιτιτιτίνα*, *ποποποποποποποῦ*, *ποῦ πᾷ πῶς* (*πωπωπῶς*), alia.

Restant: *ἰχθυολύμης*, *κυκλοβορεῖν*, *καταγιγαρτίζω*, *κωμῳδολοιχεῖν*, *βάδος*, *βυρσαίετος*, *μετεωροσοφιστής*, *μυττωτεύω*,

περικοκκάζω, ἐντριτωνίζω, ἐρεβοδιφᾶν, λεπτολογεῖν (-γία, -γος), καταλεπτολογεῖν, ὁμομαστιγίας, κυκησίτεφρος, κραιπαλόκωμος, ἱππόκρημνος, βλιτομάμμας, γυλιαύχην, ἀπολιταργίζω, μονόφαγος, μισολάμαχος, πώλης, σκαλαθυρματία, στριβιλικίγξ, στρόφις, τραγομάσχαλος, διατράμις, ἐκχαρυβδίζειν, aliaque plurima.

§ 2. Aliud genus id est ad quod pertinent vocabula, quae alio sensu apud solos comicos, alio apud ceteros scriptores inveniuntur. Imprimis huc refero:

α. Vocabula metaphorice usurpata et quidem:

1. Ea quae propria vi adhibita etiam alibi leguntur: *κιττᾶν, κρώζω, καλλίπυργος, καταγλωττίζω, καταπιττοῦν, κλαστάζω, κάρπιμος, μυστιλῶμαι, ἀναμασῶμαι, ἀναμετρεῖν, ἀποσυκάζω, ἀλοῶ, ἄσκωμα, βόειος, εὔπτερος, ἐπέτειος, λίσφος, λαρινός, κυρκανᾶν, κατακελεύω, κωδωνίζω, κύτταρος, ὀξίνης, ὀξυρεγμία, θηλάστρια, θολοῦν, θυννάζω, θυννοσκοπεῖν, κατάρδω, παφλάζω, πλατυγίζω, πρίνινος, ἀποδείρω, ἐξαλίνδω, παιπάλη, πασπάλη, ἐνθριοῦμαι, ἐκπηνίζομαι, εἰσκυλίω, σκιμαλίζω, στιπτός, στίλη, στομοῦν, συστχθεύω, τρίβολος, τρύμη, ὗς, χορδεύω, χυμίζω, ἀποθριάζω, ἐκπειρῶμαι, ἀλινδήθρα, ἀποσβέννυμι, ἀμοργός, γλύξις, γωνιαῖος, δωδεκάκρουνος, εὐερία, κοιμίζω, μυρμηκία, παροψίς, στρεψίμαλλος*, alia.

2. Quae èt propria èt translata notione posita apud solos comicos extant, velut *ἀποβόσκομαι, θυμάλωψ, καταμηλῶ, καρυκοποιεῖν, κασαλβάζω*, alia.

3. Quae metaphorica tantum notione gaudent: *ἀργέλοφοι, κρανοποιῶ, κοσκυλμάτια, περιαλουργός, ὑπερακοντίζω, σμίλευμα, συντυροῦν, σχινδάλαμοι, πρινώδης, τάρακτρον*, alia.

β. Vocabula omnis generis et coloris:

ἀκόρητος, *ἄθηλος*, *αἰγυπτιάζω*, *ἀμαρυγά*, *ἀνακογχυλιάζω*, *ἀνεπάγγελτος*, *ἀορτήρ*, *ἀπαρτί*, *ἁρμογή*, *ἀνωφέλητος*, *ἀπεσθίω*, *ἀλαζών*, *βότρυς*, *γεῖσον*, *δενδροτομεῖν*, *διέλκω*, *διάμετρος*, *διορχεῖσθαι*, *δῖνος*, *διποδία*, *δεσμώτης*, *διενεγκεῖν*, *δυσάλγητος*, *δράκαινα*, *ἐφιππάζομαι*, *ἐπικρούομαι*, *ἐπιθαυμάζω*, *ἐκποιεῖν*, *ἐλειός*, *ἐγκρούω*, *καρκίνος*, *κηρωτή*, *καταβοᾶν*, *κάδος*, *καμπή*, *κεφάλαιον*, *κύρμα*, *κωμῳδεῖν*, *κατασπᾶν*, *κάνθαρος*, *καταλαλεῖν*, *λέπω*, *λοπάς*, *λυδίζω*, *πλατειάζω*, *παρακόπτω*, *παιγνιά*, *παραχαλᾶν*, *πυκνότης*, *πρόβατον*, *μόθων*, *τρίδουλος*, *σφρῖγος*, *σκώληξ*, *στράβηλος*, *φορά*, *χορδή*, *ψυχορροφεῖν*, aliaque plurima.

§ 3. Tertia classis esto, qua continentur quae sumpta sunt e vitae quotidianae sermone vocabula, quorum non mirandum est multa apud solos comicos legi, quippe qui et vitam quotidianam et eius sermonem fere soli repraesentent. Huc refero:

α. Nomina animalium, qualia sunt *ἀκαλανθίς*, *δρύοψ*, *ἐλεᾶς*, *ἐρυθρόπους*, *κλητήρ*, *κεβλήπυρις*, *καρίς*, *νέρτος*, *αἰολίας*, *μυλακρίς*, *τέτραξ*, *ὑποθυμίς*, alia.

β. Nomina opificum et mercede conductorum, ut *δρεπανουργός*, *ξιφουργός*, *λοφοποιός*, *κρανοποιός*, *κρημνοποιός*, *ζυγοποιός*, *ἀλφιταμοιβός*, *ἀλλαντοπώλης*, *ἀλφιτόπωλις*, *μελιτοπώλης*, *ἰσχαδοπώλης*, *θεατροπώλης*, *λυχνοπώλης*, *στυππειοπώλης*, *τυροπώλης*, *χοιροπώλης*, *γελγόπωλις*, *κυρηβιοπώλης*, *κοσκινοπώλης*, *μεμβραδοπώλης*, *σπερματοπώλης*, *συρμαιοπώλης*, *πινακοπώλης*, *εἰκοστολόγος*, *ἐλαολόγος*, *πλινθοφόρος*, *σκυλοδέψης*, *ὑληφόρος*, *ἀμφορεαφόρος*, *ἀνδραποδώνης*, *βάπτρια*, *καρδοπογλύφος*, alia.

γ. Quae forum venale indicant, quorum alia apud omnis generis scriptores, apud solos comicos haec leguntur: *ἀρώματα*, *ἰχθύες*, *κρόμμυα*, *κυρήβια*, *λάχανα*, *λύχνα*, *μύρον*, *σκόροδα*, *στεφανώματα*, *χύτραι*.

δ. Vocabula forensia, sacra: *ἀψήφιστος*, *χοιρίνη*, *ἀρρηφορεῖν*, *κορυβαντίζω*, alia.

ε. Vocabula e palaestra, ludis, cett. sumpta: *ἀκατάβλητος*, *ἀγκυρίζω*, *κολετρᾶν*, *μέσον*, *ἔχειν*, *διενεγκεῖν*, *προανίστασθαι*, *κυνητίνδα*, *ἐφετίνδα*, *ὤμιλλα*, alia.

ζ. Vocabula e culina sumpta: *ἀναβράττω*, *ἐτνήρυσις*, *οἰνήρυσις*, *ὀξίς*, *ὀβελίσκος*, *τορύνω*, *Φρυγεύς*, *ἀποτηγανίζω*, *ἀρτοστροφεῖν*, *ἀκροβελίδες*, *γραΐζειν*, quo etiam nomina pertinent, quae cibos et potiones indicant: *ἐλατήρ*, *ζώμευμα*, *κατερικτά*, *ἀκέαννος*, *Θασία*, *θύννεια*, *κριβανίτης*, *κολλύρα*, *λαγῷα*, *μαζίσκη*, *μίμαρκυς*, *ναστός*, *νῆστις*, *οἰνοῦττα*, *περίκομμα*, *παλάσιον*, *ταγηνίας*, *τάκωνες*, *Φλογίδες*, *χόλικες*, *χαρίσιος*, *βέλεκκος*, *διακόνιον*, *ἐπίχυτος*, *ζῆλας*, *καπνίας*, *δευτερίας*, alia

η. Vocabula spurca minusve honesta a plebecula usurpata: *ἐγχέζω*, *ἐπιχέζω*, *καταπέρδομαι*, *κινχβρᾶν*, *κακκᾶν*, *ἐντιλᾶν*, *προστιλᾶν*, *προσπέρδομαι*, *σκερβόλλω*, *σκιμαλίζω*, *ὑποπέρδομαι*, *χεζητιᾶν*, *χεσείω*, *ψαθάλλω*, *ὄλισβος*, *σάθη*, *κύσθος*, *ἀναφλασμός*, *σπασμός*, *ἀντισπασμός*, *τέτανος*, *ῥοπαλισμός*. *ἀποτυλοῦν*, *ἀποψωλεῖν*, *ψωλή*, *κωλῆ*, *καταπύγων*, alia.

θ. Vocabula e vita quotidiana omnis generis et coloris, quae ad classes antecedentes referri non poterant: *ἀρύστιχος*, *ἄσκωμα*, *ἐξάλειπτρον*, *ἐπιδειπνεῖν*, *ἀνθρακίζω*, *θετταλίς*, *θυλακίσκος*, *ἡμίκραιρα*, *κονίπους*, *ναυλόχιον*, *κάπνη*, *καννά*, *λαγοθηρεῖν*, *ξιφίζω*, *ξύλον πρῶτον*, *ξυροδόκη*, *ἄβαξ*, *ἀορτήρ*, *ἄττομαι*, *αὐτοσχεδίς*, *αἱρόπινον*, *βωλοκοπεῖν*, *δίμυξος*, *διώβολον*, *κουρίδες*, *καττύς*, *περιβαρίς*, *πεσσονομεῖν*, *παρυφές*, *στίλβη*, *σχισταί*, *ὕρχη*, *ὕριχος*, *μυκτήρ*, *λεπαστή*, *λακωνικαί*, *μετόρχιον*, *κόρημα*, *περσικαί*, *μετατρέχω*, *ζυγόν*, *θυμάλωψ*, *πέρδομαι*, *σκωραμίς*, *σαμφόρας*, *στρόφιον*, *τρύγοιπος*, *Φώσων*, *χέρνιμμα*, *ψηφολογεῖον*, *ᾠά*, alia plurima.

§ 4. Quartum genus est eorum vocabulorum, quibus iuxta notionem vulgarem sensus obscoenus a comicis additus est: ἄλοπος, ἀμοργίς, βάλανος, διέρχομαι, ἐπαίρεσθαι, λακτίζω, περαντικός, κυπτάζω, σῦκον, συκάζειν, συκολογεῖν, τριέμβολος, βληχώ, βληχωνίας, ῥόδον, ῥοδωνιά, πεδίον, μύρτον, διαβαίνειν, ἐκκορίζειν, ζωμός, δρόσος, ἱππικός, ἵππος λευκός, κέλης, κελητίζειν, παρακελητίζειν, κροῦμα, κρουστικός, ὑποκρούειν, προκρούειν, ὀπή, ὑποπιττοῦν, ὀπτάνιον, παίειν, σπατάγγης, σκυνίον, τρύβλιον, ὀρύττειν, διορύττειν, δέλτα, ἐρέβινθος, κέρκος, κριθή, σχοινίον, alia.

§ 5. Quinta classis continebit ea vocabula quae comici composuerunt praepositione aliqua addita. Brevitatis causa simplicia etiam dixi illa vocabula, quibus iam cum una praepositione compositis comici alteram addiderunt, quia haec vocabula illis quasi simplicia erant; non enim duabus praepositionibus has voces ipsi auxerunt — quod sunt qui iniuria statuerint —, sed vocabula una praepositione composita in litteris iam extabant, priusquam alteram hi poetae addiderunt. Hac autem ratione non confundi quod vulgo dicitur verbum simplex cum iis, quae ego simplicia nominavi, sub singulis vocabulis apparebit. Composita sunt cum praepositione:

ἀμφί: ἀμφιτιττυβίζω.

ἀνά: ἀναγεύω, ἀναδιφᾶν, ἀναφθείρομαι, ἀνάσιμος, ἀνατυρβάζω, ἀναφοβεῖν, ἀναβρυάζω, ἀνακνᾶν, ἀνυδρεύομαι, ἀνέρρειν, ἀναζυγοῦν, ἀνακνάπτω.

ἀντί: ἀνταποπέρδομαι, ἀντενδίδωμι, ἀντιμανθάνω, ἀντεμπήγνυμι.

ἀπό: ἀπηλιάστης, ἀποβαδίζω, ἀπερυθριᾶν, ἀποκαθεύδω.

διά: διέλκω, διαμινύρομαι, διασφηκῶ, διαμυλλαίνω, διαμάττω, διασοφίζομαι, διακορκορυγεῖν, διαλακεῖν, διαγαλη-

νίζω, διαρρικνοῦσθαι, διασποδεῖν, διασαυλοῦσθαι, διανίζω, διαμασχαλίζω.

εἰς: εἰσκέλλω, εἰσκρούω, εἰσέλκω, εἰσέρρω.

ἐν: ἐγκαθαρμόζω, ἐναποτίνω, ἐγχυτρίζω, ἐνεξεμεῖν, ἐμμυεῖν.

ἐξ: ἐξαμπρεύω, ἐξιπῶ, ἐξηπεροπεύω, ἐξαμυστίζω, ἐκσκεδάννυμι.

ἐπί: ἐπαναβάλλεσθαι, ἐπισμᾶν, ἐπαναφυσῶ, ἐπιξανθίζω, ἐπιπακτῶ, ἐπιτραπέζωμα, ἐπανακρούεσθαι, ἐπεγκάπτω, ἐπιβυνῶ.

κατά: καταδιαλλάττω, καθυπερακοντίζω, κατειλυσπῶμαι, καταφυλάττω, κατονίναμαι.

μετά: μεθυποδοῦμαι, μεταπειρῶμαι, μετακυλίνδω.

παρά: παρακαττύω, παραδιακονῶ, παροψωνῶ, παραστορέννυμι, παραλοῦμαι, παρακορῶ, παραμαίνομαι, παρασημεῖον, παρακλείδιον.

περί: περικωνεῖν, περικωμάζειν, περισοφίζεσθαι, περιαλουργός, περιφύσητος, περιέρρειν, περίκομψος.

πρό: προκαθεύδω, προαναφυσῶ, προζώννυμι.

πρός: προσαποπέμπω, προσεκτίλλω, προσεπιορκῶ, προσαμφιέννυμι, προσεπιτέρπομαι.

σύν: συνεπίκειμαι, συνεκμοχλεύω, συγχειμάζομαι, συμβυνῶ, συμπαραμείγνυμι, συμπάροικος, συνδικαστής, συσπλαγχνεύω, συντεκνῶ, συγκαταδαρθάνω, συνηπεροπεύω.

ὑπέρ: ὑπεραναιδεύομαι, ὑπερπυρριῶ, ὑπερακοντίζω, ὑπερεξηκοντέτης, ὑπερσοφιστής.

ὑπό: ὑπαποκινεῖν, ὑπερυθριᾶν, ὑπορρωδεῖν, ὑπογλυκαίνειν, ὑποπάρθενος, ὑποπεινῆν, ὑποσκαλεύειν, ὑποτεκμαίρεσθαι, ὑποψωνεῖν, ὑπαποτρέχειν.

§ 6. Ad sextum genus pertinent interiectiones et exclamationis particulae, quas apud poetas comicos permultas inveniri e comoediae natura sequitur;

sed paucas prorsus novas habent comici antiquae comoediae atticae: plurimae enim earum, quas usurpant, ab aliis quoque scriptoribus adhibitae sunt. Comicorum autem propriae sunt: ἀπαπαῖ, ἀλαλαί, αἰβοῖ, αὖ αὖ, βαβαιάξ, ἰατταταιάξ, βῆ, βρεκεκεκέξ, εὐρὰξ πατάξ, ἦ ἦ, θρέττε (adverbium adhortationis), ἰαιβοῖ, ἰβύ, ἰαῦ, ἰατταταῖ, ἰεῦ, ἰππαπαῖ, κόκκυ, κοῖ, κοάξ, μὺ μῦ, παππάξ, παπαπαπαῖ, παπαπάππαξ, ὖ ὖ, φῦ, ὠόπ et fortasse alia.

§ 7. Septima classis sit ea, in quam **nomina deminutiva** coegi.

Haec vocabula non tantum ad notandam rem parvam a comicis adhibentur (deminutiva propria, quibus igitur vera inest μείωσις) verum etiam ad res blande et ὑποκοριστικῶς exprimendas (deminutiva blanda, quibus inest qui proprie dicitur ὑποκορισμός). **Terminationes** autem, quibus comici in formandis deminutivis usi sunt, **sex** sunt numero, scil. 1. -ιον, qua formata sunt ea quoque deminutiva, quae de stirpe in δ litteram exeunte oriunda sunt, quaeque cum deminutivis in -ίδιον facile confunduntur, 2. -ίδιον, cuius prima littera interdum cum vocali, in quam exit nomen, in diphtongum vel longam vocalem coït, 3. -άριον, 4. -ίσκος (-σκος et -σκη), 5. -ίς, 6. -ιδεύς, quibus addenda sunt ea nomina, quae comici dupliciter deminuerunt. Cuius generis — quod ad notionem vel formam — sint deminutiva singula, sub quoque vocabulo monui. Deminutiva autem comicis propria in antiqua comoedia attica inveni haece:

ἀσκίδιον, ἀμφορείδιον, δαλίον, ἀδελφίδιον, βοιδάριον, γαστρίδιον, γυπάριον, δικίδιον, δικαστηρίδιον, ἐμβάδιον, ζωμίδιον, ἡμιδιπλοίδιον, ἡδυσμάτιον, ἡλίσκος, θριδακινίς, θρανίδιον, θυλακίσκος, θυμίδιον, ἱερακίσκος, ἰσχάδιον, κιστίς, κοτυ-

λίσκιον, κηθάριον, κοσκυλμάτια, κυλίχνιον, καδίσκιον (s. v. *κάδος*), *κωδάριον, κλινίς, ληδάριον, λαρκίδιον, μαζίσκη, μειρακίσκη, μελίττιον, μοσχίδιον, ναστίσκος, ὀβελίσκος, οἰνίσκος, ὀνίδιον, ὀρτύγιον, ὀφθαλμίδιον, πατρίδιον, πυγίδιον, πυρίδιον, περικομμάτιον, ῥαφανίδιον, συκίδιον, σκελίσκος, σκαλαθυρμάτιον, σκορόδιον, σανδαλίσκος, στρόφιον, τευθίδιον, τεκνίδιον, τιτθίον, ὑίδιον, ὑποτριμμάτιον, φορμίς, χοιρίον, χναυμάτιον, χρυσομηλολόνθιον, χρωτίδιον, αἰγίδιον, ἀμητίσκος, ἀμνίον, ἀφύδια, ᾀσμάτιον, βαθρίδιον, γαλιδεύς, δειπνίον, ἐσχάριον, καλίδιον, καταχυσμάτιον, κορακινίδιον, κολσκύντιον, καλυμμάτιον, καπρίδιον, κορίσκη, λεκανίσκη, μοχλίσκιον, μυρίδιον, περιστέριον, πεζίς, παλημάτιον, παλλάκιον, σταμνάριον, σπινίδιον, σμινύδιον, σπηλάδιον, σηπιδάριον.*

§ 8. Praeterea multa vocabula a comicis ex aliis poetis tam epicis quam tragicis et lyricis sumpta vel ad eorum scriptorum analogiam ficta sunt, partim ad dictionem illorum poetarum imitandam, partim ad eos deridendos, qualium vocabulorum usu, mutata notione vel forma vel compositione vel contextu vel denique tota dictione, risus captatur. Cetera quae de huiusmodi vocabulis dici possunt sub singulis vocibus melius collocabuntur. Mihi occurrerunt eiusmodi vocabula praesertim haec:

ἀριζήλωτος, ὀτρηρός, μελανονεκυείμων, λαιμότμητος, ἑπταβόειος, εὑρησιεπής, εἰκελόνειρος, λυσανίας, λευκοπληθής, συκοπέδιλος, τροχήλατος, ὑλοδρόμος, χαλκοφάλαρος, χαλκίς, ἀμαρυγά, ἀμαυρόβιος, αἱμασιολογεῖν, εἱειειειειειλίσσω, ἑλικοβόστρυχος, ἑλκετρίβων, κεφαληγερέτας, κύβηλις, λακπατεῖν, σακεσφόρος, ὑφαντοδόνητος, ἀερονηχής, ἀποβόσκομαι, δίπυρος, ἀεροδόνητος, ἀποπατητέον, αἱματοπώτης, ἐπικοκκάστρια, θραυσάντυξ, πρημαίνω, σκευοφοριώτης, εἰλίποδες.

Praeterea unum extat vocabulum, quod e carmine

vernali in lusciniae honorem sumptum videtur, scil. ἀντιψάλλω.

§ 9. Aliud genus vocabulorum, quae partim aliunde a comicis sumpta sunt, est eorum, in quibus invenitur qui dicitur παραγραμματισμός, i. e. in quibus una vel paucae modo litterae mutatae sunt, ut paronomasia quadam risum moverent poetae. Haec sunt: ἀποβολιμαῖος, βομβαύλιοι, βαλλήναδε, βυρσίνη, ἱππαπαῖ, ἵππερος, σκοτοβινιῶ, ἀρρησία, ἀναφλάστιος, κατωφαγᾶς, κεφαλῆσι, ὀρνεαῖς, alia fortasse.

§ 10. Saepius etiam observavi comicos adverbiis usos esse, quae in litteris nusquam alibi extant; in tria genera haec adverbia discribi posse mihi videntur:

α. Adverbia, quae ipsa apud solos comicos leguntur, cum adiectiva, a quibus derivata sunt, etiam apud alios scriptores inveniuntur. Profecto fortuito factum est, quod talia adverbia apud solos comicos servata sunt. Mihi occurrerunt:

ἀΰπνως, ἀρρήκτως, ἀγλαῶς, γυμναστικῶς, δημιουργικῶς, ἐκνομίως, ἡμικάκως, κενταυρικῶς, παιδοτριβικῶς, μανάκις.

β. Adverbia descendentia ab adiectivis quae in litteris nostris non extant:

γενναιοπρεπῶς, ἐριοπωλικῶς, τριβωνικῶς, ἀνεκλογίστως, κομψευριπικῶς, προμηθικῶς, quae plerumque comice ficta sunt.

γ. Adverbia quaedam, non derivata ab adiectivis: ταχεωστί, τραπέμπαλιν, πλειστα χόθεν, στάδην. Denique unum tantum comparativum adverbii in -ως pro -ον inveni, scil. εὐρυτέρως, quod alibi non extat, tametsi hoc adverbiorum genus praesertim coniunctum cum verbis ἔχειν et διακεῖσθαι apud pedestres haud ita rarum est. Praeterea ad adverbia comicorum propria perti-

nent etiam formae adverbiales interpositis particulis in *ι* demonstrativum exeuntes, quas collectas videbis s. v. *ἐνγεταυθί*.

§ 11. Nonnulla vocabula non quod ad notionem, sed quod ad formam attinet comicorum propria habenda sunt. Huc refero:

α. Vocabula, quae aliam formam apud comicos, aliam apud reliquos scriptores induerunt, scil.: *ἀλάβαστος, ἐλαΐς, κόψιχος, νέαξ, πτωχίστερος, τορύνω, ἄϊδρυτος, ἀτρεμεί, ἀπολοπίζω, ἀμεινόνως, ἀδαχεῖν, ἀνηλεήμων, σκάλωψ, ἠριστάνκι, δεδειπνάναι* cett.

β. Adiectiva verbalia, quae apud solos comicos conservata sunt, cum verba ipsa etiam apud alios scriptores inveniuntur, quod tamen non nisi fortuito factum esse satis certum est, cum plurima alia adiectiva verbalia ab omnis generis scriptoribus usurpata sint. Comicorum autem propria sunt: *ἀποπατητέον, ἀπαρυστέον, κρουστέον, μαστιγωτέος, πλευστέα, παστέος, συνεκποτέα, ἀποκαρτέος*.

§ 12. Sequantur vocabula in comoedia antiqua primum obvia, quae seriores demum scriptores sive casu sive de industria adhibuerunt. Data opera id procul dubio fecerunt seri Graecorum nepotes, qui antiquis *λέξεσι* tamquam gemmis scripta sua distinguere studebant. Aetatis ordine hi sunt: Demosthenes, Aristoteles, Theophrastus, Dion. Halicarn., Plutarchus, M. Antoninus, Lucianus, Artemidorus, Dio Cassius, Babrius, Alciphron, Aelianus, Athenaeus, Sextus Empiricus, Clemens Alexandrinus, Philostratus, Libanius, Theophylactus, Eustathius, Tzetzes. Vocabula sunt:

ἀπκράτιλτος, ἀπερυθριᾶν, σποδεῖν, ἀνκΦλχῦν, ἀποκκθεύδω,

βορβοροτάραξις, ἐρεβοδιφᾶν, σπουδαρχίδης, συνωρικεύομαι, ἔχων, δωδεκάκρουνος, κατατιλᾶν, κλεπτίστατος, ἰατταταιάξ, λοφᾶν, καταπυγοσύνη, ληκᾶσθαι, πόσθων, περίτριμμα, κρουστικός, κεκράκτης, λεπτολογεῖν, λεπτολόγος, λεπτολογία, τεττιγοφόρος, φρόντισμα, φροντιστήριον, σχινδάλαμοι, ὑπερακοντίζω, θυμόσοφος, ἐλαΐς, συκίς, μυστιλῶμαι, ὀπτάνιον, χορδεύω, ἐγκορδυλεῖσθαι, ἐπιβυνῶ, εἰσέρρω, πιθηκισμός, ἐγκάπτω, ἐγκυλίω, τρίπαλαι, στώμυλμα, γάστρις, γάστρων, στωμυλία, στωμύλλω, ποτίστατος, πρίνινος, κατακρώζω, πτωχοποιός, στομφάζω, κοιλιοδαίμων, διασπλεκοῦν, alia fortasse.

Denique ea recepi vocabula, quae praeterquam apud comicos etiam in inscriptionibus leguntur, scil.: ἀρύστιχος C. I. vol. 2. p. 173 n. 2139. 19, εἰκοστολόγος Boeckh. Inscr. Gr. n. 89. 22, ὄχθοιβος C. I. I. 150, 50, p. 237, ἀρρηφορεῖν Inscr. Att. ap. Boeckh. Vol. I, p. 457 n. 413, μεθύστρια C. I. Gr. 5760 (Teuf.), οἰνόπτης Corp. Inscr. Att. 844, ἀμφορεαφόρος C. I. A. 768 c, col. II 3, ναστός C. I. A. 77, στρόφιον C. I. A. 843 c 2, στυππειοπώλης C. I. A. 775 b col. I 24.

Singula autem vocabula quantum potui perspicue et dilucide interpretatus sum, adiectis explicationibus veterum lexicorum praesertim in fragmentis, et scholiis in fabulis Aristophanis.

Quoad fieri potuit, addidi ea etiam vocabula, quae cognatione stirpis, formae, notionis, compositionis cum vocabulis comicorum propriis coniuncta ab aliis scriptoribus usurpata sunt, ut quodammodo illustraretur dictionis comicorum et aliorum scriptorum discrimen, quod saepe tamen pusillum est propterea quod permulta vocabula, a solis comicis adhibita, e sermone vulgari omnibus usitato sumpta sunt itaque prope

περικοκκάζω, ἐντριτωνίζω, ἐρεβοδιφᾶν, λεπτολογεῖν (-γία, -γος), καταλεπτολογεῖν, ὁμομαστιγίας, κυκησίτεφρος, κραιπαλόκωμος, ἱππόκρημνος, βλιτομάμμας, γυλιαύχην, ἀπολιταργίζω, μονόφαγος, μισολάμαχος, πώλης, σκαλαθυρματία, στριβιλικίγξ, στρόφις, τραγομάσχαλος, διατράμις, ἐκχαρυβδίζειν, aliaque plurima.

§ 2. Aliud genus id est ad quod pertinent vocabula, quae alio sensu apud solos comicos, alio apud ceteros scriptores inveniuntur. Imprimis huc refero:

α. Vocabula metaphorice usurpata et quidem:

1. Ea quae propria vi adhibita etiam alibi leguntur: *κιττᾶν, κρώζω, καλλίπυργος, καταγλωττίζω, καταπιττοῦν, κλαστάζω, κάρπιμος, μυστιλῶμαι, ἀναμασῶμαι, ἀναμετρεῖν, ἀποσυκάζω, ἀλοῶ, ἄσκωμα, βόειος, εὔπτερος, ἐπέτειος, λίσφος, λαρινός, κυρκανᾶν, κατακελεύω, κωδωνίζω, κύτταρος, ὀξίνης, ὀξυρεγμία, θηλάστρια, θολοῦν, θυννάζω, θυννοσκοπεῖν, κατάρδω, παφλάζω, πλατυγίζω, πρίνινος, ἀποδείρω, ἐξαλίνδω, παιπάλη, πασπάλη, ἐνθριοῦμαι, ἐκπηνίζομαι, εἰσκυλίω, σκιμαλίζω, στιπτός, στίλη, στομοῦν, συστχθεύω, τρίβολος, τρύμη, ὗς, χορδεύω, χυμίζω, ἀποθριάζω, ἐκπειρῶμαι, ἀλινδήθρα, ἀποσβέννυμι, ἀμοργός, γλύξις, γωνιαῖος, δωδεκάκρουνος, εὐερία, κοιμίζω, μυρμηκία, παροψίς, στρεψίμαλλος*, alia.

2. Quae èt propria èt translata notione posita apud solos comicos extant, velut *ἀποβόσκομαι, θυμάλωψ, καταμηλῶ, καρυκοποιεῖν, κασαλβάζω*, alia.

3. Quae metaphorica tantum notione gaudent: *ἀργέλοφοι, κρανοποιῶ, κοσκυλμάτια, περιαλουργός, ὑπερακοντίζω, σμίλευμα, συντυροῦν, σχινδάλαμοι, πρινώδης, τάρακτρον*, alia.

β. Vocabula omnis generis et coloris:

ἀκόρητος, ἄθηλος, αἰγυπτιάζω, ἀμαρυγά, ἀνακογχυλιάζω, ἀνεπάγγελτος, ἀορτήρ, ἀπαρτί, ἁρμογή, ἀνωφέλητος, ἀπεσθίω, ἀλαζών, βότρυς, γεῖσον, δενδροτομεῖν, διέλκω, διάμετρος, διορχεῖσθαι, δῖνος, διποδία, δεσμώτης, διενεγκεῖν, δυσάλγητος, δράκαινα, ἐφιππάζομαι, ἐπικρούομαι, ἐπιθαυμάζω, ἐκποιεῖν, ἐλειός, ἐγκρούω, καρκίνος, κηρωτή, καταβοᾶν, κάδος, καμπή, κεφάλαιον, κύρμα, κωμῳδεῖν, κατασπᾶν, κάνθαρος, καταλαλεῖν, λέπω, λοπάς, λυδίζω, πλατειάζω, παρακόπτω, παιγνιά, παραχαλᾶν, πυκνότης, πρόβατον, μόθων, τρίδουλος, σφρῖγος, σκώληξ, στράβηλος, φορά, χορδή, ψυχορροφεῖν, aliaque plurima.

§ 3. Tertia classis esto, qua continentur quae sumpta sunt e vitae quotidianae sermone vocabula, quorum non mirandum est multa apud solos comicos legi, quippe qui et vitam quotidianam et eius sermonem fere soli repraesentent. Huc refero:

α. Nomina animalium, qualia sunt *ἀκαλανθίς, δρύοψ, ἐλεᾶς, ἐρυθρόπους, κλητήρ, κεβλήπυρις, καρίς, νέρτος, αἰολίας, μυλακρίς, τέτραξ, ὑποθυμίς*, alia.

β. Nomina opificum et mercede conductorum, ut *δρεπανουργός, ξιφουργός, λοφοποιός, κρανοποιός, κρημνοποιός, ζυγοποιός, ἀλφιταμοιβός, ἀλλαντοπώλης, ἀλφιτόπωλις, μελιτοπώλης, ἰσχαδοπώλης, θεατροπώλης, λυχνοπώλης, στυππειοπώλης, τυροπώλης, χοιροπώλης, γελγόπωλις, κυρηβιοπώλης, κοσκινοπώλης, μεμβραδοπώλης, σπερματοπώλης, συρμαιοπώλης, πινακοπώλης, εἰκοστολόγος, ἐλαολόγος, πλινθοφόρος, σκυλοδέψης, ὑληφόρος, ἀμφορεαφόρος, ἀνδραποδώνης, βάπτρια, καρδοπογλύφος*, alia.

γ. Quae forum venale indicant, quorum alia apud omnis generis scriptores, apud solos comicos haec leguntur: *ἀρώματα, ἰχθύες, κρόμμυα, κυρήβια, λάχανα, λύχνα, μύρον, σκόροδα, στεφανώματα, χύτραι.*

τὸ μὴ ἔχειν γάλα ἀγαλακτίαν τινὲς ὠνόμασαν (sic codd. B C, ἀγαλακτιᾶν A, γαλακτιᾶν Bekk.) Adi. ἀγάλακτος (sine lacte:) Hippocr. (ἀπογαλακτισθείς:) Aesch. Ag. 700. Callim. 1. 53. Nomina denominativa in -ία exeuntia saepius statum significant, cf. ὑηνία Pac. 928. ἀκερματία Ar. fr. 15. εὐρυπρωκτία Ach. 843, similia.

ἀγκυρίζω „supplanto" est verbum palaestricum, quod explicatur per καταπαλαίειν sive κάμπτειν τὸν πόδα (Bekk. Anecd. 1. 327.), seu ὑποσκελίζω (Schol.). Legitur apud Aristophanem in Eq. v. 262: διαλαβὼν ἀγκυρίσας, εἶτ' ἀποστρέψας τὸν ὦμον αὐτὸν ἐνεκολήβασας et Eupol. fr. 262. cf. praefat. § 3 ε.

ἀγλαῶς adverbium signif. „splendide, liberaliter" apud Aristoph. in Lys. v. 640: ἀγλαῶς ἔθρεψέ με. Est inter ea adverbia, de quibus dixi praefat. § 10 α. Adiectivum ἀγλαὸς inde ab Homero usurpatur a Pindaro, Soph. Eurip.

ἀγόμφιος „qui dentes molares, γομφίους, non habet" legitur ap. Dioclem in fr. 14, v. 4: ἀγόμφιον αἰῶνα τρίψει cf. Bekk. Anecd. 339, 15: ἀγόμφιος αἰών· οὕτως ἔλεγον τὸν χρόνον, ἐν ᾧ τις ὡρᾶτο γεγηρακώς· παρὰ τὸ μὴ ἐνεῖναι τοῖς γέρουσι τοὺς γομφίους. Γόμφιος legitur ap. Her. 9. 83. Ar. Pac. 34. Ran. 572. Xen. Mem. 1. 4. 6, alios. Vocabulum ἀγόμφιος pertinet ad ea, quae composita sunt e nomine et α privativo, velut ἄσπλαγχος Plat. fr. 113. ἄνοργος Cratin. fr. 385. ἀμάχχιρος Pherecr. fr. 82. ἄσπουδος Eupol. fr. 234, similia.

ἀγριοποιός „heroas feros et immanes inducens in scenam" (ἀγρίους εἰσάγοντα καὶ ὠμοὺς τοὺς ἥρωας Schol.), legitur ap. Aristoph. in Ran. v. 837. cf. πτωχοποιός et χωλοποιός in eadem fabula. Haec tria vocabula sunt

inter composita obiectiva, ubi alterum membrum obiectum est alterius (ἀγρίους-ποιεῖν).

ἀγροβόας i. e. „ὁ ἀγροίκως φθεγγόμενος" legitur apud Cratinum in fr. 374. Ad formam cf. τειχομάχας Ar. Ach. 570. τεττιγοφόρας Eq. 1331. πορνοφίλας Epigramm. adesp. 315 (XI. 416). γοργολόφας Ar. Ach. 567. βουτυροφάγας Anaxandr. 3, 183, et multa alia. Vocabulum ἀγροβόας pertinet ad composita adverbialia, de quibus cf. βαρυδαιμονεῖν. Vocab. referri potest ad praefat. § 1γ.

ἄγρυκτα (neutr. plur.) „de quibus ne mutire quidem audemus" legitur apud Pherecratem in fr. 157: „ἄγρυκτα κἄλεκτ' (ἔπαθον)" Bekk. Anecd. 339 extr. 340, 5 τὸ μὲν ἄγρυκτα ἐστὶν ὥστε μηδὲ γρύξαι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κακῶν. κέχρηται δὲ αὐτῷ καινότατα Φερεκράτης. cf. subst. ἀγρυξία Pind. fr. 253. cf. γρυκτός ap. Ar. Lys. 656 (ἆρα γρυκτόν ἐστιν ὑμῖν;) γρύζειν Ar. Plut. 454. Isae. 8. 27. Vocabulum ἄγρυκτος a Pherecrate fictum est ita ut sit compositum, quod constet adiectivo verbali coniuncto cum α privativo, cf. ἀδεκάτευτος Ar. Eq. 301. ἀνεπάγγελτος Cratin fr. 44. ἀψήφιστος Arist. Vesp. 752. ἀκωδώνιστος. Lys. 485, similia.

ἀγύναικος vide ad voc. ἀμάχαιρος.

ἀδαχεῖν vide ad voc. ἀμεινόνως.

ἄδδιξ vide ad voc. ἀντλίον.

ἀδεκάτευτος „non decimatus, de quo decima dempta non est" legitur apud Aristoph. in Eq. v. 301: ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν ἱρὰς κοιλίας. Comice huic vocabulo addidit subst. κοιλίας, cum expectamus οὐσίας; formavit autem ab adi. verbali verbi δεκατεύω, quod invenitur ap. Her. 7. 132, Xen. An. 5. 3. 9, et sequiores. — cf. ad voc. ἄγρυκτος. cf. δεκάτευμα (decima pars) Callim. 30 (XIII. 25). Diosc. 12 (VI. 590). δεκατευτήριον (locus

quo decimae exiguntur) Xen. Hell. 1. 1. 22. δεκάτη (decima) Her. 4. 152. Xen. Hell. 4. 8. 27. Dem. 20. 60.

ἀδελφίδιον „fraterculus" legitur apud Aristophanem in Ran. v. 60; deminutivum est vocis ἀδελφός. De deminutivis cf. praefat. § 7. Deminut. ἀδέλφιον habet Eust. Pertinet vox ad deminutiva blanda, (ὑποκορισμός).

ἀδηφάγος vide s. v. πότις.

ἀδιάλεκτος (sc. βίος) „sine colloquio" (H. Steph.) legitur apud Phrynichum in fr. 18, v. 4. (vita, in qua quis aliis non διαλέγεται, βίος ἔρημος). Cf voc. ἀγόμφιος. Eadem valent de vocab. ἀναχύρωτος „a paleïs purus" (sc. πηλός) ap. Aristophanem in fr. 56; ἄχυρον (plerumque in plural.) est ap. Herod. 4. 72. Ar. Ach. 508, alios. ἀχυρόω (paleïs conspergo) Aristot. probl. 11. 25. De formatione ad v. ἄγρυκτος.

ἀδικομήχανος „iniuriam machinans" (H. Steph.) legitur apud Aristophanem in fr. 697: τί γὰρ ἐπὶ κακότροπον ἐμόλετον βίον ἀδικομηχάνῳ τέχνῃ; Ad formam cf. δολομήχανος Simonid. ap. schol. Ap. Rhod. 3. 26. πολυμήχανος saepe ap. Hom., Soph. Phil. 1120. De compositione cf. ἀγριοποιός.

ᾀδοφοίτης i. e. „ὁ λεπτὸς καὶ ἰσχνός, καὶ ἐγγὺς θανάτου ὤν" (Hesych.) „qui habitu corporis iam mortuus esse videtur" (Kock.) legitur apud Aristophanem in fr. 149, v. 4 et 6, et ibidem v. 7 vocab. Θρᾳκοφοίτης „qui ad Thraces itat" (H. Steph.). Ad formam cf. ἀεροφοίτης Ion. ap. schol. Pac. 835. ἠεροφοίτης Nonn. Dionys. 6. 368. Vocabula pertinent ad ea composita, in quibus membrum alterum ab altero praepositione aliqua regente vel ut locativus dependet. cf. ἁλιμέδων Thesm. 323. ὀρεἵπλαγκτος Thesm. 326. ὀρεσίγονος Ran. 1344, similia. Praeterea cf. praefat. § 1 γ.

ἀδωνιασμός „luctus quo Adonin prosequebantur mulieres in Adoniis sacris", legitur Aristoph. Lys. 389; sic cod. B, ἀδωνισμός N. R. ὁ ἐπὶ τῷ Ἀδώνιδι θρῆνος explicat Hesych. cf. Ἀδωνιάζουσαι, carmen Theocriti et fabula Philippidis comici. Vocabulum fortasse iam in usu erat in cultu Adonidis. cf. Ἀδώνια Pac. 420. Plut. Nic. 13. Alcib. 18. Vocab. pertinet ad deverbalia in μός exeuntia, generis masculini, oxytona, quibus exprimitur actus verbi. cf. ἐγκαλυμμός Av. 1496. λοιδορησμός Ran. 758, similia.

ἀεροδόνητος est „inanis" (proprie aere agitatus, libratus apud Aristoph. in Av. v. 1385: λαβεῖν ἀεροδονήτους καὶ νιφοβόλους ἀναβολάς. Sic BRSV, -δινητ- A; usurpatur de praeludiis poematum lyricorum, quorum manifesta parodia est hoc loco. cf. v. d. Sande Bakhuyzen „de parodia apud Aristophanem" ad Av. 1183. cf. praefat § 8 et ὑφαντοδόνητος Av. 943. πτεροδόνητος Av. 1390. Verb. δονεῖν cf. Hom. Il. 17. 55 Her. 7. 1; 4. 2. Xen. Symp. 2. 8. Theocr. 24. 88.

ἀερονηχής, „in aere natans", epitheton novum de οἰωνοῖς usurpatum, qui in aere motus nandi alis faciunt. Ar. Nub. 337. „Ampullas dithyrambicorum ridet" (v. d. S. Bakh.). cf. praef. § 8. cf. ἀερόφοιτος Orph. Arg. 47. Ran. 1292. ἀεροδόνητος Av. 1385. Vocabulum ἀερονηχής pertinet ad composita, de quibus cf. ᾀδοφοίτης. Omnino vero comparetur locus corruptus Pac. 830 sq. ξυνελέγοντ' (scil. οἱ διθυραμβοδιδάσκαλοι) ἀναβολὰς ποτώμεναι τὰς ἐνδιαεριαυερινηχέτους τινάς, qui etiam vitioso arguitur articulo, ad quem locum videatur Blaydesii multa temptantis adnotatio critica.

ἀθαλάττωτος „maris inexpertus, insolens navigandi" est apud Aristoph. in Ran. v. 204, schol. μὴ ὢν ναυ-

τικός. Sic libri et vulg. Sed melior videtur lectio ἀθαλάττευτος (Kock.), cf. Poll. I. 121: αἱ μὲν νῆες ἀθαλάττευτοι, αἱ δὲ ἐντεθαλαττευκυῖαι. Verbum θαλαττεύω est ap. Thuc. 7. 12 (= in mari esse). cf. ἀδεκάτευτος, et ad voc. ἀψήφιστος. cf. ἀθάλαττος ap. Menand. fr. 450, 9.

ἄθηλος significat: „qui labra sua non admovit mammis", μὴ θηλασθείς (schol.) apud Aristoph. in Lys. v. 881, de puerulo qui est ἄλουτος κἄθηλος ἕκτην ἡμέραν. cf. praefat. § 2 β. Attamen apud Sim. fr. 146 videtur esse πῶλος qui non amplius sugit. De forma cf. ad voc. ἀψήφιστος. cf. ἀθηλής (μαζός-) Nonn. D. 48. 361. Verb. med. θῆσθαι Hom. Il. 24. 58. h. Cer. 236. h. Apoll. 123.

ἀθλοθετία „munus τοῦ ἀθλοθέτου" (i. e. eius qui praemia certaminis constituit vel praebet): legitur apud Aristophanem in fr. 739. Poll. 3. 140 ἀθλοθεσία ἢ ὡς Ἀριστοφάνης ἀθλοθετία, sed ἀθλοθεσία est actio τοῦ ἀθλοθέτου (Kock.). ἀθλοθέτης est apud Plat. Legg. 6. 764 d, et sequior. verb. ἀθλοθετέω Poll. 3. 140. Ath. 12. 539 b. ἀνοητία ap. Aristoph. in fr. 746 est „stultitia". Bekk. Anecd. 406, 16 habet etiam formam ἀνοηστία (?) ex Aristophane, cf. autem ibid. 21, 20: ἀνοητία ὡς νουθετία, μοιχοληπτία, φιλοποτία, λυχνοκαυτία, ἀκρατία. (Kock.). Ad formam cf. ἀγαλαξία.

ἀθύρωτος: „ἀθύρωτον στόμα" „os effrenum, nullis claustris coercitum" legitur Arist. Ran. 838. Phrynich. fr. 82. Sic cod. R. cf. ἀθυρόστομος Soph. Phil. 186. ἀθυρόγλωσσος Eur. Or. 903; formatum est ut voc. ἄγρυκτος, quod vide. Lectio ἀθύρωτος melior est quam ἀπύλωτος (Cod. V. Bergk.), cf. enim grammat. ap. Bekk. Anecd. 352. 11: ἀθύρωτος· ἄκλειστος. Ἀριστοφάνης, et Suid.:

οὕτως ἀθύρωτον, οὐκ ἀπύλωτον. Ἀριστοφάνης Βατράχοις καὶ Φρύνιχος. „Phrynichum grammaticum intellegere praestat" (Meinek.). Verbum θυρόω est Ar. Av. 614. Xen. Mem. 1. 4. 6. Plut. Artax. 29. etc.; θυρωτός ap. Babr. 59, 11; ἀπύλωτος Xen. Hell. V. 4. 20.

αἰβοῖ interiectio fastidium exprimit: Ar. Vesp. v. 37. Ach. 189. Pac. 15. Nub. 906. Pac. 1291, laetitiam: Pac. 544. 1066. Vesp. 1338; significat indignationem: Nub. 102. Eq. 957, et admirationem (verwondering): Nub. 829. Av. 610. cf. praefat. § 6. et etiam ἰαιβοῖ s. v. Sic αἰβοιβοῖ est in Pac. v. 1066 (Dindf.), quod cachinnum imitatur. cf. οἴμοιμοι Pac. 257 (quod est genus reduplicationis).

αἰγιάζειν i. e. „περὶ αἰγῶν λαλεῖν" (Bekk. Anecd. 353. 27) legitur ap. Eupolin fr. 2. cf. αἰγυπτιάζειν. Verbum pertinet ad denominativa in -άζω exeuntia, cf. λεσβιάζω Ar. Vesp. 1346. ἡλιθιάζω Eq. 1124. συβαριάζω (postulante metro restitutum pro συβαρίζειν Pac. 344), similia. Praeterea cf. praefat. § 1 γ.

αἰγίδιον „capella" legitur apud Pherecratem in fr. 25. Deminutivum est vocis αἴξ, cf. demin. αἰγίσκος ap. Hesychium. cf. praefat. § 7.

αἰγυπτιάζειν voc. est anceps apud Aristoph. in Thesm. v. 922. Significat enim tam „de Aegypto garrire" quam „Aegyptiorum versutiam et fraudulentos mores imitari" (Blaydes.). Bekk. Anecd. 354. 13: αἰγυπτιάζειν τὸ πανουργεῖν καὶ κακοτροπεύεσθαι. Hoc sensu etiam Cratinus (fr. 378) voce usus est. Significat „linguâ Aegyptiorum similem esse" Lucian. Philops. 31. cf. praef. § 2 β, et v. αἰγιάζειν.

ἄϊδρυτος „instabilis, mobilis" hac forma legitur apud Aristophanem in Lys. v. 809: Τίμων ἦν τις ἄΐδρυτος. Forma

ἀνίδρυτος invenitur apud Eur. Iph. T. 971, Dem. p. 786, alios, ἀΐδρυτον autem apud Cratinum (fr. 209) est κατάρατον, ὃ οὐκ ἄν τις αὑτῷ ἱδρύσαιτο (Etym. m. 42. 10), ubi usurpatur ἀΐδρυτον κακὸν de exilio, quod aliis est malum intolerabile. Locus est: „οἰκοῦσι φεύγοντες, ἀΐδρυτον κακὸν ἄλλοις". De forma cf. ad voc. ἀψήφιστος. Praeterea cf praef. § 11 α.

αἱμασιο-λογεῖν „minutos silices colligere ad αἱμασιάν construendam" legitur apud Theopompum in fr. 73; αἱμασιά autem est τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον τεῖχος ἄνευ πηλοῦ (Suid. Etym. m. 35. 10) τὸ αὐτοσχέδιον περιτείχισμα τὸ ἐν τοῖς ἀγροῖς γινόμενον ἔξωθεν τῶν ἀμπέλων πρὸς τὸ μηδένα τῶν ἐν ὁδῷ παριόντων ῥᾳδίως εἰσιόντα ὀπωρίζεσθαι (Lex. rhet.). Vocabulum apud Homerum primum occurrit, legitur enim αἱμασιὰς λέγειν Hom. Od. 24. 224 et 18. 359; praeterea invenitur Her. 1. 180; 6. 134. Thuc. 4. 43. Dem. 55. 11. Ad formam: ἀνθολογεῖν Luc. V. H. 2. 14. δασμολογεῖν Dem. 59. 31. λιθολογεῖν Poll. 7. 118. ξενολογεῖν Isocr. 5. 96, similia. Vocabulum pertinet ad composita obiectiva, cf ad ἀγριοποιός. Praeterea cf praefat. § 8.

αἱματοπώτης „sanguinipota" ap. Ar. Eq. 198. 208 est epitheton δράκοντος (αἱματοποτεῖ γὰρ τὸ ζῷον Schol.) v. 208 etiam ἀλλᾶντος, quia τοὺς ἀλλᾶντας μετὰ αἵματος (καὶ πιμελῆς καὶ ἀλφίτων φυρῶντες) πληροῦσιν (schol.). Sic. cod. R. -πότης V. Quod ad formam αἱματοπώτης pro αἱματοπότης attinet cf. Herod. I. 171, ubi antiquissimi codd. exhibent ὑδροπωτέουσι pro ὑδροποτέουσι. Omnino consulatur Cobet. Mnem. XI. n. s. p. 82. οἰνοπώτης affert schol. ad Lycophronis v. 796. Genus dicendi epicum imitatur poeta, in oraculis semper usurpatum. cf. praef. § 8. Praeterea cf. αἱματῖτις (χορδή)

(farcimen sanguine mixtum) Sophil. com. 3. 582. — αἱματολοιχός Aesch. Ag. 1457. αἱματορρόφος Eum. 184. Vocab. αἱματοπώτης pertinet ad composita obiectiva (cf. ἀγριοποιός).

αἱμυλοπλόκος „dolos nectens" legitur apud Cratinum in fr. 379a. Adi. αἱμύλος est „dolosus" Soph. Ai. 381. Aristoph. Lys. 1269. Sic compositum αἱμυλόφρων i. q. δολιόφρων est apud solum Cratinum in fr. 379b. cf. αἱμυλομήτης H. h. Merc. 13. Ad formam vocis αἱμυλοπλόκος cf. δολοπλόκος Sapph. 1. 2. πολύπλοκος (pass.) Ar. Thesm. 435. 463. Luc. Amor. 2. al., quae etiam ad notionem comparari possunt. Ad formam vocis αἱμυλόφρων cf. δολιόφρων Aesch. Cho. 935. Eur. I. A. 1301. κερδαλεόφρων Hom. A. 149. Δ 339. ποικιλόφρων Eur. Hec. 30, quae etiam ad sensum faciunt, similia. αἱμυλοπλόκος est compositum obiectivum, αἱμυλόφρων cf. βαθύκομος.

αἱμυλόφρων vide ad voc. αἱμυλοπλόκος.

αἰολίας vide ad voc. ἀμφίκολλος.

αἰρόπινον „cribrum quo frumentum a lolio purgatur" (Dindf.) legitur apud Aristophanem in fr. 480: ὥσπερ αἰρόπινον τέτρηται. cf. Bekk. Anecd. 22. 11: αἰρόπινον οὖν τὸ κόσκινον τὸ τὰς αἴρας, ὅπερ ἐστὶ ῥύπος τῶν πυρῶν, καθαῖρον. Hesych: αἰρόπινον· κόσκινον, ἐν ᾧ πυροὶ σήθονται. Vocab. αἶραι (i. e. ἄγριαι βοτάναι) est ap. Pherecrat. fr. 188. Theophr., al. Bekk. An. 22. 11 vocabulum etiam derivare videtur a voce πίνος, dicit enim: αἰρόπινον· κόσκινον. πίνος γὰρ ὁ ῥύπος. Voc. πίνος est ap. tragg. Ap. Rhod. et prosaicos sequiores. cf. praefat. § 3 θ.

ἀκαλανθίς nomen avis, fortasse i. q. ἀκανθίς et ἀκανθυλλίς (nostrum: distelvink) lat.: „carduelis", Ar. Av. 871, 872 in loco corrupto. cf praefat. § 3 α. In

Pac. v. 1078: χὴ κώδων ἀκαλανθὶς ἐπειγομένη τυφλὰ τίκτει, videtur intellegendum esse de „cane", quae τυφλὰ τίκτει κυνίδια. cf. Hesych. qui per ταχεῖαν κύνα et schol. Av. 873, qui per κύνα interpretatur voc. ἀκαλανθίς. cf. Schol. Pac. 1078: „ταῦτα δὲ πάντα ἐπίτηδες ἀδιανοήτως ἔφρασεν, τὸ ἀσαφὲς τῶν χρησμῶν μιμούμενος". ἀκανθίς (carduelis) est ap. Aristot. H. A. 8. 5. Theocr. 7. 141. Agath. 25 (V. 292), ἀκανθυλλίς ap. Eubul. 3. 268. Aristot. H. A. 8. 3. Ael. N. A. 4. 5.

ἀκατάβλητος adiectivum „qui deici non potest, insuperabilis" proprie est vocabulum palaestricum (cf. verbum καταβαλεῖν in Ar. Vesp. v. 1385), ab Aristophane usurpatur locutio λόγος ἀκατάβλητος (Nub. 1229), i. e. ἀήττητος (Schol.). cf. praefat. § 3 ε, ubi plura exempla. cf. ἀπτώς (λόγος) Plat. Polit. 534 C. De formatione vide ἄγρυκτος.

ἀκέαννος „leguminis durioris genus, quod frangi nequit" legitur apud Pherecratem in fr. 188: κυάμους, ἀφάκην, ζειάς, αἴρας, ἀκεάννους. cf. Eustath. 1528, 45. ἀκέανοι τὰ ἐν φακοῖς στρογγύλα καὶ δυσκάτακτα ὄσπρια. Idem docent Bekk. An. 371, 7 et Hesych., qui addit: οἱ δὲ σπέρμα οὐχ ἑψόμενον οὐδὲ διαιρούμενον. „Veram originationem ignotam, paenultimam longam esse docet Lobeck. Pathol. prol. 180" (Kock.). cf. praefat § 3 ζ.

ἀκερματία „vitae condicio eius, qui ne monetam quidem minutiorem habet" legitur apud Aristophanem in fr. 15. cf. Poll. 9. 89: ἀκερματία· τὸ μὴ ἔχειν κέρματα. cf. κέρμα ap. Eubul. 3. 245. Ar. Plut. 379. Dem. 21. 107, et sequior. κερμάτιον Philippid. 4. 474. Plut. Cim. 10. De formatione cf. ἀγαλαξία.

ἀκολάστασμα „factum petulantiae plenum" legitur Aristoph. Lys. 398: τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν ἐστιν ἀκολαστάσ-

ματα. Verbum: ἀκολασταίνειν (petulanter agere) cf. Av. 1227. Plat. Rep. 8. 555 d. Monendum est apud Aristophanem ἀκολαστάσματα esse coniecturam quantumvis tamen probabilem Dobraei pro ἀκόλαστ' ᾄσματα codicum. ἀκολάστημα habet Plut. Crass. 32. De formatione cf. βωμολόχευμα.

ἀκόρητος est „incultus, minime ornatus" apud Aristoph. in Nub. vs. 44: εὐρωτιῶν, ἀκόρητος, εἰκῇ κείμενος (Schol. ἀκαλλώπιστος, καλλωπίζεσθαι est se ornare.). Hoc sensu modo apud comicos legitur, prorsus alio („insatiabilis") apud Hom. et Hesiodum. cf. praefat. § 2 β. De forma vide ad vocabulum ἀψήφιστος. Verbum κορέω est ap. Hom. Eupol. Demosth. etc.

ἀκροβελίδες = „τὰ ἄκρα τῶν ὀβελίσκων" Bekk. Anecd. 371. 28) legitur apud Archippum in fr. 10: τὸ πῦρ πολὺ λίαν· ὕπαγε τὰς ἀκροβελίδας. Ὀβελίσκος cf. sub voce. ὀβελός eodem sensu ap. Hom. Il. 1. 465. Od. 14. 77 etc. Her. 2. 135. Eur. Cycl. 302. Praeterea cf. praefat. § 3 ζ.

ἀκύκλιος „indoctus, ἀπαίδευτος, i. e. inops τῆς ἐν κύκλῳ παιδείας Bekk. Anecd. 373. 21)" (Kock.) legitur apud Platonem in fr. 227. ἡ ἐγκυκλ. παιδεία, τὰ ἐγκυκλ. μαθήματα sive τὰ ἐγκύκλια (sine substantivo), cursus artium quas docentur pueri ingenui, cf. Aristot. Eth. 1. 5. 6. Plut. Alex. 7. Ath. 4. 184 b. Strab. 1. 1. 22. De forma cf. ad voc. ἀγόμφιος, cf. etiam ἄσπλαγχνος.

ἀκωδώνιστος „non exploratus" legitur ap. Aristoph. Lys. 485: ἀκωδώνιστον ἐᾶν πρᾶγμα μεθέντας. Schol. ἀβασάνιστος· μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν περιπολούντων καὶ κώδωσι διαπειρωμένων εἰ ἐγρηγόρασι οἱ ἐπὶ ταῖς φυλακαῖς τεταγμένοι. Verbum κωδωνίζειν, quod etiam est „explorare per tinnitum vasa, num forte rimas egerint", cf. Ran. 79.

723. De forma cf. ad v. ἀψήφιστος. cf. ἀνεξέταστος Plat. Apol. 38 a. Dem. 4. 36. sequior. ἀβασάνιστος Antiph. 1. 13. Plut. qu. Rom. 44. D. Hal. I. p. 62. ἀδιερεύνητος Plat. Tim. 25 d. Plut. Dio 19.

ἀλάβαστος quae forma Attica legitur apud solos Aristophanem in Ach. v. 1053. Lys. v. 947 et Cratetem fr. 15. v. 6: ἀλάβαστος μύρου, est „vasis unguentarii genus". Schol. μυροθήκη. ἀλάβαστρος, forma vulgaris, invenitur ap. Herod. 3. 20, Theocr. 15. 114, alios. τὸ ἀλάβαστον habet Menand. (4. 318). cf. praefat. § 11 α. Conferri potest ἐξάλειπτρον Ach. 1063. ἀλαβαστροθήκη Ar. fr. 548. ἀλαβαστοθήκη Dem. 19. 237. ἀλαβάστιον demin. v. ἀλάβαστος ap. Eubul. 3. 253.

ἀλαζών „vagans, errans, ἀλώμενος" legitur apud Alcaeum in fr. 31. Nota est significatio „inanis iactator", quam habet vocabulum ap. Plat. Eryx. 399 c. Xen. Cyr. 2. 2. 5. Arist. Eth. Nic. 4. 7. Theophr. Char. 23, alios. Pertinet igitur ἀλαζών ad ea vocabula de quibus egi praefat. § 2 β. „Est sine dubio comica quaedam originatio" (Kock.). cf. verb. ἀλάομαι.

ἀλαλαί est gaudentis exclamatio, „vox faustae acclamationis in victoria", ut inquit Berglerus. Legitur Ar. Av. 953, et forma ἀλαλαλαί in codd. R. S. V. Av. 1763, et secund. Bergk. Lys. 1291. cf. Hesych. ἀλαλαγμός· ἐπινίκιος ὕμνος ἢ εὔφημος βοή. Substantivum ἀλαλά est ap. Soph. Tr. 205. Eur. Hel. 1344. Phoen. 337. Verb. ἀλαλάζω ap. Pind. Soph. Eur. Xen. Plutarch. etc. Quia omnes loci quibus extat ἀλαλαί pertinent ad carmina lyrica, Aristophanes id vocabulum e poetarum lyricorum locis hodie deperditis sumpsit.

ἀλεκτρύαινα est femininum comice fictum; „gallina" enim Atticis est „ἀλεκτρυών" (cf. Aristoph. fr. 18

(ed. Kock.) ubi Schol. Nub. 663: „ἐν ἔθει ἦν τότε καὶ τὴν θήλειαν ἀλεκτρυόνα καλεῖν"), Aristoteli „ἀλεκτορίς". Legitur autem ἀλεκτρύαινα Ar. Nub. 666, 667, 851, 852: ἀλλὰ τήνδε μὲν καλεῖν ἀλεκτρύαιναν, τουτονὶ δ' ἀλέκτορα. cf. praefat. § 1 γ, et vocabula ἰχθυοπώλαινα, κηρύκαινα, συκοφάντρια, similia (nomina feminina quae personam aliquam femininam indicant). Vocab. formatum est ad analogiam voc. λέαινα, θεράπαινα cett.

ἀλιβάνωτος vide ad voc. ἄσπλαγχνος.

ἀλιμέδων „mari imperans" legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 323: πόντιε σεμνὲ Πόσειδον ἁλιμέδον i. q. ποντομέδων Vesp. 1531. Pind. Ol. 6. 103. Aesch. Sept. 122. cf. θαλασσομέδων Nonnus, Dionysiaca 21. 95, σαλασσομέδοισα (fem. dor.) Ἰνώ ap. Alcman. De forma cf. ᾀδοφοίτης. Conferri etiam possunt ἁλικρείων (Eust.) et ἁλικράτωρ (poet. sequior.) et ad formam εὐρυμέδων Pind. Ol. 8. 31. P. 3. 4, et ὑψιμέδων Hes. Th. 529. Pind. N. 2. 19. ἁλιμέδων aut a comico fictum est, aut ex deperdito tragici lyricive poetae loco derivatum.

ἀλινδήθρα proprie „volutabrum equorum" s. κατὰ πάλην κονίστραι (Eust.), metaphorice usurpatur apud Aristophanem in Ran. v. 904: συσκεδᾶν πολλὰς ἀλινδήθρας ἐπῶν, ubi intellegendum est de longis doctis subtilibusque disquisitionibus, qualibus frequens est Euripides (Blaydes.), Schol.: λεπτολογίας, πλοκὰς τοῦ Εὐριπίδου. Terminatio -θρα significat eum locum ubi aliquid fieri solet. cf. κρεμάθρα, et compara πάλαιστρα, παίστρα, alia. Verb. ἀλίνδεσθαι cf. Nic. Th. 156. Leonid. Tarentin. 55 (VII. 736). cf. ἀλίνδησις ap. Hippocr. cf. praefat. § 2. α. 1.

ἀλλαντοπώλης „farciminum venditor" legitur apud Aristophanem in Eq. v. 143. 144. 148. 179. 241: οὐ

μενεῖς; ὦ γεννάδα ἀλλαντοπῶλα (B. A: ἐντεροπώλης). cf. voc. ἀλλαντοποιός et κοιλιοπώλης. cf. praef. § 3 β. Ἀλλαντοπωλεῖν verbum „farcimina vendo" legitur apud Aristoph. Eq. v. 1242. 1246. 1398: ἐπὶ ταῖς πύλαις ἀλλαντοπωλήσει μόνος. cf. ad voc. ἀγριοποιός. Catalogum compositorum cum voce — πώλης dabit Poll. 7. 196—199.

ἀλλοτριόγνωμος „aliena in mente habens" legitur apud Cratinum in fr. 154: ἀλλοτριογνώμοις, ἐπιλήσμοσι, μνημονικοῖσιν. cf. Bekk. Anecd. 385, 7: ἀλλοτριόγνωμος· σημαίνει ὁ τὰ ἀλλότρια ἐν γνώμῃ ἔχων καὶ μὴ τὰ ἑαυτοῦ. „itaque idem est quod πολυπραγμονῶν" (Kock.). De forma, si sensum spectamus, conferri potest ᾀδοφοίτης. Cf. praefat. § 1 γ.

ἀλοάω significat „ἐν κύκλῳ περιάγειν, per orbem circumagere", ὡς οἱ ἐν ταῖς ἅλωσιν apud Aristoph. Thesm. 2: ἀπολεῖ μ' ἀλοῶν ἄνθρωπος, et fr. 661, priore loco de homine: „huc illuc ducere", altero de caedendis maxillis, metaphorice igitur. cf. praefat. § 2. α. 1. Verbum proprie significat „triturare" ap. Xen. Oec. 18. 2. „caedere" Plut. Tib. Gr. 2. cf. Ar. Ran. 149, unde pervulgato usu πατραλοίας et μητραλοίας vocantur qui patrem matremve caedunt. cf. nomen mythicum Ἀλωεύς.

ἄλοπος adi. „squamarum nondum expers" i. q. ἀλέπιστος καὶ ἀκάθαρτος (Schol.) de lino (ἀμοργίς) usurpatur ab Aristoph. in Lys. v. 736. 737: αὕτη 'τέρα ἐπὶ τὴν ἄμοργιν τὴν ἄλοπον ἐξέρχεται. cf. verbum λέπω Hom. A 236. λεπίζω apud sequiores. Fortasse obscoena notio subest, quoniam ἀμοργίς etiam = αἰδοῖον ἀνδρεῖον. cf. praefat. § 4. „Λέπεσθαι" χρῶνται οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ ἀσελγοῦς καὶ φορτικῆς δι' ἀφροδισίων ἡδονῆς. cf. Alex. 3. 404. Mnesimach. 3. 569 (Dobr. Adv. II. 323. Meinek). De forma cf. ἀγόμφιος.

ἀλφιταμοιβός „venditor farinae", legitur apud Ar. in Av. v. 491. Nub. 640. Eccl. 424: τοὺς ἀλφιταμοιβοὺς τρεῖς χοίνικας δεῖπνον παρέχειν ἅπασιν. cf. praefat. § 3 β. Alioqui dicitur ἀλφιτοπώλης. cf. voc. χρυσαμοιβός (Hesych. tropice Aesch. Ag. 426). ἀργυραμοιβός (Platon. Polit. 289. Theocr. 127.) De forma cf. ἀγριοποιός. cf. etiam ad voc. ἀλφιτόπωλις.

ἀλφιτόπωλις adiective iungitur cum voc. στοά, ut sit „porticus farinae venditrix" apud Aristophan. in Eccl. v. 686. cf. schol. Ach. 548: στοᾶς ἀλφιτοπώλιδος ἣν ᾠκοδόμησε Περικλῆς. ἦν δὲ περὶ τὸν Πειραιᾶ. Στοὰ μυρόπωλις (apud Pausan. 8. 30.) erat in Arcadia in urbe Megalopoli. — cf. praefat. § 3 β. cf. ἀλφιταμοιβός (s. v.). ἀλφιτοπώλης Nicophont. com. fr. 19, v. 3. Luc. D. Mer. 7. 2. Ad formam cf. ἀρτόπωλις Anacr. 66. 4. Ar. Ran. 858. Ἀρτοπώλιδες est nomen comoediae Hermippi (fr. 8—13). cf. ἰχθυόπωλις — et ὀψόπωλις ἀγορά ap. Plutarchum.

ἀλφιτόχρως „farinae colorem habens", i. e. „albus, canus" de capillis; legitur apud Aristophanem in fr. 533 „ἀλφιτόχρωτος κεφαλῆς". λευκός, πολιός explicant Bekk. Anecd. 386. 6 et Hesych. Ad formam cf. κακόχρως Hippocr. Aristot. H. A. 9. 17. μελάγχρως Eur. Or. 321. Plat. Phaedr. 253 e. ἀλλόχρως Eur. Andr. 879, Theophr., similia. Vocabulum ἀλφιτόχρως pertinet ad composita attributiva, quorum prius membrum notionem genitivi dependentis ab altero membro exhibet. cf. συκοπέδιλος Cratin. fr. 69. ἰατροτέχνης Nub. 332. θυμαγροικός Ar. fr. 790, similia. cf. praefat. § 1 γ. Sic apud Philyllium in fr. 4 invenitur γαλακτόχρως „lactis colorem habens", dictum de κολλάβοις: „φέρων γαλακτοχρῶτας κολλάβους θερμούς." cf. Nausicrat. com.

4. 577. Apud Opp. C. 3. 478 legitur γλακτόχροες s. γαλατόχροες eodem sensu.

ἁμαξοτροχία „vestigium et sulcus, quem terrae ὁ τῆς ἁμάξης τροχὸς imprimit; orbitam vocant Latini" (H. Steph.) legitur ap. Calliam in fr. 10. cf. Poll. 7. 116: τὰ ἴχνη τῶν τροχῶν, ἃ Ὅμηρος ἁρματροχιὰς (nam sic legendum est collato Hom. Ψ 505, voc. ἁματροχία enim est „collisio rotarum" Hom. Ψ. 422, quem locum falso ad Pollucis verba affert Kockius) εἴρηκε, ἁμαξοτροχίας λέγει Καλλίας ἐν Κύκλωψιν. Idem significat etiam ἁρματοτροχιά apud. Ael. H. A. 2. 36. Luc. Dem. enc. 23, et. simplex τροχία ap. Nic. Ther. 876. De compositione cf. βδελλολάρυγξ.

ἁμαξουργός „carpentarius". Schol. ἁμαξουργοὺς Ἀττικοὶ τοὺς ἀγριοπηγούς· εἶδος δὲ ἀγριοπηγοὶ τεκτόνων, οἳ τὰς ἁμάξας τεκταίνουσι καὶ πάντων τῶν ἀγρίων ξύλων εἰσὶν ἐργάται. Legitur apud Aristoph. in Eq. v. 467: οἴμοι, σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἁμαξουργοῦ λέγεις; idem est ἁμαξοπηγός (Plut. Per. 12.). cf. ξυλουργός, ξιφουργός similia. De forma cf. ad voc. ἀλφιταμοιβός.

ἁμαρτωλία legitur apud Aristoph. Pac. 415 et Eupolin (fr. 199). Pac. 415: τοῦ κύκλου παρέτρωγον ὑφ' ἁμαρτωλίας. ὑφ' ἁρματωλίας B. V. Schol. Ald. ὑφαρματωλίας R. ὑφ' ἁμαρτωλίας Bentl. Bergk. Mein. Dind, favente Antiatticista p. 79. 10 ed. Bekk.: ἁμαρτωλία· Ἀριστοφάνης Εἰρήνῃ, Εὔπολις Μαρικᾷ. „ἁμαρτωλία dictum est pro usitatiore ἁμαρτία ita ut ambiguitas sit in significatione: namque ἁμαρτωλία significare potest vel error (quemadmodum ἁμαρτάνειν τῆς ὁδοῦ dicitur) vel fraudulentia (Hesych.: ἁμαρτωλόν· πανοῦργον, μοχθηρόν)" (Blayd.). Vox ἁμαρτωλίς est etiam ap. Hippocrat. cf. ἁμαρτωλή Theogn. 325. Rhianus 1. De forma cf. ἀγχαλαξία.

ἀμαρυγά in poetae lyrici qui irridetur verbis significans: „ταχεῖα κίνησις" legitur ap. Ar. Av. 925 de equorum celeritate: „ἀλλά τις ὠκεῖα Μουσάων φάτις οἷάπερ ἵππων ἀμαρυγά". Haec signif. derivata est de sensu micandi atque eo quasi celeriter movendi; cf. praef. § 2 β. Est imitatio epica, proprie enim de oculis dicitur Hom. Il. 3. 45: αἱ δέ τε δινηθῶσιν ἀπ' ὀφθαλμῶν ἀμαρυγαί. Cf. Od. 8. 265. Ap. Rhod. II. 42. IV. 1696. III. 1017, — verb. ἀμαρύσσω Hes. Th. 827. H. h. Merc. 278. Idem est ἀμάρυγμα Hes. fr. 160. Ap. Rhod. 4. 847. Theocr. 23. 7. Vid. praefat. § 8.

ἀμαυρόβιος epitheton hominum, quod apud Arist. legitur in Av. v. 685: „ἄγε δή, φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι" in scholiis a Petro Victorio collectis explicatur: „ἀμαυρὸν βίον ἔχων καὶ ἀσθενής". Ἀμαυρός apud Homerum de εἰδώλῳ est: plus minusve obscurum, ἀμαυρόβιος igitur: „in obscuro vitam degens". H. Stephanus interpret.: „languide vivens". Allusio est ad poetas epicos; cf. ἀμαυρός Hom. Od. 4. 824. 835, et praefat. § 8. De compositione cf. βαρυδαιμονεῖν. Alia cum ἀμαυρός composita sunt ἀμαυροφανής ap. Stob. Ecl. 1 p. 356 et ἀμαυρόκαρπος ap. Theophrastum. Cohaerere videtur ἀμυδρός.

ἀμάχαιρος „cultro carens" (H. Steph.) legitur apud Pherecratem in fr. 82: „ἀμάχαιρος ἐπὶ βόεια νοστήσω κρέα". De formatione cf. ἀγόμφιος. Idem valet de vocab. *ἀνόδοντος* „sine dentibus" quod in eodem fragmento Pherecratis legitur: „ἀνὴρ γέρων ἀνόδοντος" cf. form. ἀνόδους ap. Ath. 7. 319 d, ex Aristot. (part. an. 3. 14), et etiam de voc. *ἀγύναικος* „uxore carens" quod habet Phrynichus in fr. 19: „γέρων ἄπαις ἀγύναικος" cf. ἀγύναιξ Soph. B. A. 1303. ἀγύναιος D. C. 56. 1. ἀγύνης Poll.

3. 48, ubi etiam *ἄγυνος* ex Aristophane (fr. 735), quod et D. C. 56. 10 habet.

ἀμεινόνως (comparativus adverbialis) legitur ap. Aristoph. fr. 340. Haec forma num ab ipso comico ficta sit iuxta vulgarem, quae est *ἄμεινον* (cf. v. c. Isocr. 5. 132: „*ἄμεινον πράττειν*", comparativus *τοῦ εὖ πράττειν*) incertum est, sed multarum aliarum, ut *βελτιόνως*, *χειρόνως*, *κακιόνως* cett., quae praesertim cum verbis *ἔχειν* et *διακεῖσθαι* iunguntur, analogiam sequitur; cf. praef. § 11 a. Idem valet de verbo *ἀδαχεῖν*, i. e. *κνήθειν* „scabere, scalpere" ap. Aristoph fr. 410: „*ἀδαχεῖ γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄχορ' ἐκλέγει τ' ἀεὶ ἐκ τοῦ γενείου τὰς πολιάς*". Alia forma esse videtur pro ea, quam Hippocrates usurpavit *ἀδαξάω* (cf. *ὀδάξω*, *ὀδάξομαι*, *ὀδαξέω*: Hippocr. Xenoph. Antiph. Diod. Sic. Aelian.).

ἀμητίσκος „parvus *ἄμης* (placentae genus lacteae)" legitur apud Teleclidem in fr. 1, v. 12: *ὀπταὶ δὲ κίχλαι μετ' ἀμητίσκων εἰς τὸν φάρυγ' εἰσεπέτοντο.* Deminutivum est vocis *ἄμης*, quae legitur ap. Ar. in Plut. v. 999 et Ath. 6. 262 c; 14. 644 c, alios. Cf. praefat. § 7. Pertinet vox ad deminutiva blanda (*ὑποκορισμός*).

ἄμνιος apud Hermippum in fr. 3 secundum Etym. m. 146. 25 est „agnus": „*τὸ πρόσωπον ἀμνίου ἔχειν δοκεῖς*". „*ἄμνιος σημαίνει τὸν ἀμνὸν καὶ διὰ τοῦ ῑ γράφεται καὶ προπαροξύνεται*". Secund. Kock. nominativus potius est *ἀμνίον*, quod est „agnellus", deminuvitum vocis *ἀμνός*, quae legitur Ar. Av. 1559. Pac. 935. Theocr. 5. 144. Vide praefat. § 7. Deminutivum h. l. pertinet ad ea quae vocantur blanda, in quibus inest *ὑποκορισμός*. Vide etiam ad voc. *ἀμνοκῶν*.

ἀμνοκῶν „simplex, fatuus", *προβατώδης*, *μωρὸς καὶ εὐήθης* (Schol.), legitur apud Aristoph. in Eq. v. 264:

σκοπεῖς τῶν πολιτῶν ὅστις ἐστὶν ἀμυνοκῶν. Formatum est ex voc. ἀμυνός et κοέω (= νοέω); cf. μακ-κοᾶν Eq. 62. 396. κο-άλεμος Eq. 198. Cf. praefat. § 1 γ et ἀμυνός (τοὺς τρόπους) Pac. 935, ἄμνιος s. v. Verb. κοέω est Epicharm. Ath. 6. 236 b. Call. fr. 53.

ἀμοργίς „lini species tenuissima". Schol. λινοκαλάμη. ἔστι δὲ ἡ ἀμοργὶς ὅμοιον ἀλεπίστῳ λίνῳ. ἔστι δὲ σφόδρα λεπτόν. ἅμα δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνδρείου αἰδοίου παίζει, obscoena igitur inesse videtur significatio. Cf. praefat § 4. Legitur Aristoph. Lys. 735. 737: ἐπὶ τὴν ἀμοργίδα τὴν ἄλοπον ἐξέρχ. Poll. 7. 74: „ὁ δὲ ἀμόργινος χιτὼν καὶ ἀμοργὶς ἐκαλεῖτο". Adi. ἀμόργινος habent Ar. Lys. 150. Plat. Ep. 13. 363 a. Aeschin. 1 97 Antiphan. 3. 84.

ἀμοργός „qui exprimit sive exugit" legitur apud Cratinum in fr. 214: ἀμοργοὶ πόλεως ὄλεθροι. καλοῦσι δὲ καὶ μοργοὺς τὸ ᾶ ἀφαιροῦντες (Suid.). ἀμοργοὶ a verbo ἀμέργω fictum est, quod legitur apud Sapph. Ath. 12. 554 b. Ap. Rh. 4. 1144. Theocr. 26. 3, et al. sequior. Cf. ἀμοργεύς (qui exprimit oleam) ap. Poll. 1. 222, ἀμόργη (expressae oleae faex) Hippocr. Theophr. Plutarch., et praefat. § 2 κ. 1.

ἀμφαρίστερος „homo utraque manu inhabilis, prorsus ineptus" (Kock.) legitur apud Aristophanem in fr. 512; cf. Bekk. Anecd. 3. 20: ἀμφαρίστερος· ἐναντίον τῷ περιδέξιος· σκωπτικὸν πάνυ τὸ ὄνομα. Hesych: ἀμφοτέρωθεν ἀριστερός. Galen.: ἀμφιδέξιον Εὐριπίδης εἴρηκε... περιδέξιον Ὅμηρος..., κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀμφαρίστερον Ἀριστοφάνης ἄνθρωπον ἀριστερόν. ἀμφιδέξιος, ambidexter, legitur ap. Aesch. fr. 218. 244. Soph. O. R. 1242. O. C. 1114. Eur. Hipp. 780. Aristot. Eth. 5. 7, al., περιδέξιος Hom. Il. 21. 163 Ar. Nub 949, et se-

quior. Vocabulum ἀμφαρίστερος pertinet ad adiectiva composita cum praepositione, quae adiectivum accuratius definitur; cf. περιαλουργός Ach 856. ὑπόλισφος Eq. 1368. ἀμφίλαλος Ran. 679. Praeterea cf. praefat § 1 γ.

ἀμφιανακτίζειν apud Aristophanem in fr. 59 secundum Suid. est „ᾄδειν τὸν Τερπάνδρου νόμον, τὸν καλούμενον ὄρθιον, οὗ τὸ προοίμιον ταύτην τὴν ἀρχὴν εἶχεν· ἀμφί μοι αὐτὸν ἄναχθ' ἑκατηβόλον ᾀδέτω ἁ φρήν." Suid. dicit voc. etiam legi ἐν Εὐναίᾳ, pro quo Dindorf. et Bergk. mutant ἐν Εὐνείδαις (fabula Cratini, cf. fr. 67). „Iam frequens et solenne hoc exordium dithyrambicis erat ut inde ἀμφιάνακτες vulgo appellarentur" (Blayd.), cf. Ar. Nub. 595, schol. (in exordio illo pro αὐτὸν Herm. mutat αὖτε).

ἀμφίκαυστις ap. Cratinum fr. 381 usurpatur ἐπὶ γυναικείου μορίου. Cf. Eustat. 1446. 29. Hesych. ἀμφίκαυστις· Κρατῖνος δὲ ἐπὶ τοῦ μορίου ἔταξεν. Etym. m. 90. 33 habet ἀμφίκαυτις apud comicos = τὸ αἰδοῖον ἀπὸ τοῦ περικεκαῦσθαι. Proprie est ὡρίμη κριθή cf. Ar. Pac. 965, ubi κριθή usurpatur de membro virili. Pertinet igitur vox ad eas quorum significatio comice detorta est.

ἀμφίκολλος proprie „utrimque glutinatus" apud Platonem in fr. 34 dicitur de κλίνῃ i. e. „lecto, qui habet utrimque agglutinatum pluteum, sustinando pulvino capitis" (Kuehnius). Cf. Poll. 10. 34: καὶ ἀμφίκολλος (κλίνη)· οὕτω γὰρ τὴν κατακεκολλημένην ὠνόμασεν ἐν ταῖς Ἑορταῖς Πλάτων, et praefat. § 3 α, θ. Eodem pertinere videtur vocabulum αἰολίας „piscis nomen, forsan a vario colore" (H. Steph.) ap. Platonem in fr. 173, v. 13.

ἀμφίλαλος „ambigue loquens" i. e. semibarbare,

est apud Aristoph. in Ran. v. 679: „Κλεοφῶντος, ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρῃκία χελιδών". Simplex λάλος apud plures invenitur scriptores; de compositione cf. ἀμφαρίστερος.

ἀμφιτιττυβίζω de parvis avibus usurpatur, est „circumstrepo, circumstrideo," Aristoph. Av. 235: „ὅσα βῶλον ἀμφιτιττυβίζεθ' ὧδε λεπτὸν ἀδομένᾳ φωνᾷ". Blaydes. proponit βῶλον ἄμφι τιττυβίζεθ'. Cuius avis vox sit τιττυβίζειν non consentiunt V. L. L. Secundum Hesych. χελιδὼν τιττυβίζει, secund. Poll., Athen., Aelianum πέρδικες τιττυβίζουσιν. Τιττυβίζειν etiam apud scriptores non-comicos invenitur; cf. praefat. § 5.

ἀμφορεαφόρος „qui amphoras baiulat mercede conductus" legitur apud Eupolin in fr. 187: περιήλθομεν καὶ φῦλον ἀμφορεαφόρων. Suid.: ἀμφορεαφόρους· τοὺς μισθίους τοὺς τὰ κεράμια φέροντας. De compositione cf. ἀγριοποιός. Verbum ἀμφορεαφορεῖν est ap. Aristophanem in fr. 299: κἄπειτα μίσθου σαυτὸν ἀμφορεαφορεῖν. Vide praeterea ad voc. ἀμφορείδιον. Cf. praefat. § 3 β.

ἀμφορείδιον „amphorula" legitur apud Aristophanem in Eccl. v. 1119: πολὺ δ' ὑπερπέπαικεν αὖ τούτων ἁπάντων τὰ Θάσι' ἀμφορείδια. (Sic. cod. B. R. Γ, -ίδια Poll. 10. 72) et Pac. v. 202 (B. V, -ίδια R. S.). Deminutivum est vocis ἀμφορεύς. Cf. λαγῴδιον, βοίδιον alia. (praefat. § 7); cf. deminut. ἀμφορίσκος ap. Dem. 22. 76; ἀμφορεύς legitur passim apud scriptores, forma primitiva ἀμφιφορεύς Homerica est.

ἀναβορβορύζω „exclamo" legitur apud solum Aristoph. in Eccl v. 433: „οἱ δ' ἐκ τῶν ἀγρῶν ἀνεβορβόρυξαν". Cf. etiam verba ἀναβρυάζω (Eq. 602), ἀναθορυβεῖν (Plat. Prot. 334. c. Xen. Anab. 5. 1. 3.), ἀνακράζω (Xen. An. 6. 4. 22.), ἀναβοᾶν, alia. Vocabulum βόρ-

βορος etiam inest in composito βορβοροτάραξις, quod vide et in βορβορόθυμος (cf. s. v.). Cf. βορβορυγμός Luc. Lexiph. 20 cum v. κορκορυγή Ar. Pac. 991. Verb. βορβορύζω Hesych. interpret. βομβυλιάζω. Cf. etiam διεκορκορύγησε Nub. 386, κορκορυγμός Lucian. Philopatr. 3, ἀνακορκορύζω. Ἀναβορβορύζω proprie de ventris sonitu dicitur, et igitur pertinet ad genus verborum in -ζω exeuntium, quae sonum indicant.

ἀναβράττω „fervefacio, coquo" legitur apud Aristophanem in Ach. v. 1005, Ran. v. 510. 553, Pac. v. 1197: ἀναβράττω κίχλας, apud Pherecratem fr. 108 v. 23, 130 v. 10, 183: πτίσσειν, φρύγειν, ἀναβράττειν et ap. Aristomenem in fr. 8. Cf. praefat. § 3 ζ. Apud Aristot. Meteor. 2. 16 ἀναβραττόμενα sunt quae in cribris quatiendo sursum iaciuntur Praeterea vid. praef. § 2 β. Cf. quod ἀναβράζω ap. sequior. invenitur, metaph. passiv. de mari ap. Apoll. Rhod. 2. 566, simpl. βράζω (s. βράττω) de aquis Theodorid. 1 (VI. 222), Antipat. Thessalon. 61 (VII. 228), Ap. Rhod. 2. 323, Opp. H. 2. 637.

ἀναβρυάζω: ἀνεβρύαξαν habent libri apud Aristoph. in Eq. v. 602: ὥσπερ ἡμεῖς οἱ βροτοὶ ἐμβαλόντες ἀνεβρύαξαν, explicatur „exclamo", ἀνακράζω, ἀναθορυβεῖν (Schol.). Attamen praestat legere ἀνεφρύαξανθ' (sive ἀνεφρύαξαν). (Herw.), simplex enim φρυάττεσθαι equorum est; cf. praefat. § 5. Φρυάττεσθαι invenitur: de animalibus: Apollonid. 22 (IX. 280) Ael. H. A. 7. 7; de hominibus: D. Sic. 4. 74. Meleag. 22 (XII. 33). Plut. Lyc. 22. Compos. καταφρυάττομαι M. Anton. 7. 3; 9. 41. Schol. Aesch. Sept. 399. Suid.

ἀναγεύω est „iterum gustandum offerre aliquid" (Blayd.) apud Aristoph. in Nub. vs. 523: „πρώτους ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς". Usurpatur autem de comoedia,

quam poeta denuo docet, significatione igitur metaphorica. Cf. simpl. γεύω metaph. (τῆς ἐλευθερίας) ap. Theopomp. com. fr. 65. Plut. Lyc. et Num. 1. (πόνων) Pind. N. 6. 25. Eur. Herc. 1353. (πένθους) Eur. Alc. 1072. (κακῶν) Luc. Nigr. 28, etc. Vide praef. § 5.

ἀναγκόσιτος „qui secundum diaetam aliquam vescitur s. vivit" habet Crates in fr. 44. (cf Nicostrat. com. 3. 289). Ad eandem notionem faciunt voc. ἀναγκοτροφεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀναγκοφαγία (Aristot. Pol. 8. 4.). Ad formam cf. ὀλιγόσιτος Pherecr. fr. 1. Phrynich. fr. 23. μονόσιτος Hippocrat. κακόσιτος Plat. Rep. 5. 475. c. Eubul. 3. 213. πολύσιτος Theocr. 21. 40. ὁμόσιτος Herod. 7. 119, similia. De formatione cf. ἀναγχιππεῖν.

ἀναγχιππεῖν „μετ' ἀνάγκης ἱππεύειν, necessitate equitare" legitur apud Eupolin in fr. 394; cf. voc. ἀναγκόσιτος, et ἀναγκόφορεῖν D. Hal. 10. 16. Voc. ἀναγχιππεῖν referri potest ad ea composita, inter quorum membra ratio dativi intercedit (ἀνάγκῃ ἱππεύειν); sic etiam ἀναγκόσιτος, πτεροδόνητος Ar. Av. 1390, φρενοτέκτων Ran. 820, χιονόβλητος Nub. 270, similia. Praeterea cf. praefat. § 1 γ.

ἀναδιφᾶν „investigo, scrutor" legitur apud Cratinum in fr. 2: „οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε". Cf. ἐρεβοδιφᾶν Ar. Nub. 192. Theophylact. Epist. 24. Simpl. διφᾶν occurrit Hom. Il. 16. 747. Hes. O. 347. Callim. ep. 33. Theophr. char. 11. 2. Alia composita praepositionalia verbi διφᾶν non extare videntur. — Cf. praefat. § 6. Comparari etiam possunt voc. μηχανοδίφης Ar. Pac. 793. πραγματοδίφης Ar. Av. 1424. δικοδίφης Luc. Lex. 9., qui ut alia multa hoc vocabulum e comoedia petivisse videtur.

ἀναζυγόω „aperio" legitur apud Aristophanem in

fr. 654: τὴν θύραν ἀναζυγώσας. Cf. Etym. m. 96, 22: ἀναζυγῶσαι τὸ θύρας ἀναπετάσαι Ἀριστοφάνης. Poll. 10. 26: παρὰ δὲ τοῖς κωμῳδοῖς καὶ τὸ ἀναζυγῶσαι ταὐτὸν τῷ ἀνοῖξαι σημαίνει, ὥσπερ τῷ ἐπιζυγῶσαι (cf Artemid. 1. 4.). Simplex ζυγόω est „coniungo" Agath. Ath. 10. 454 d. Pertinet igitur ἀναζυγόω ad ea verba, quae tractavi praefat. § 5.

ἀνακής vide ad voc. ἀπαράλεκτος.

ἀνακνᾶν apud Aristophanem in fr. 36 est τὸ ἐπεγείρειν τὸ αἰδοῖον τοῖν χεροῖν, idem quod ἀναφλᾶν ap. Aristoph. Lys. 1099. Lucian. Peregr. 17. Lexiph. 12. (Poll. 2. 176), ἀναμαλάττειν ap. Phot. Etym. m. 795. 36, et ἀναψαθάλλειν Phrynich. Bekk. p. 916. Simplex κνάω legitur Hom. Λ. 639. Her. 7. 239. Plat. Gorg. 494 c. Plut. Pomp. 48. Luc. Salt. 2. etc. Pertinet igitur ἀνακνᾶν ad verba, de quibus vide praef. § 5.

ἀνακνάπτω „iterum carmino" legitur apud Lysippum in fr. 4, methaphorice usurpatum, scil. „ἀνακνάψας τὰς ἀλλοτρίας ἐπινοίας". Simplex κνάπτω („carmino") Xenocrat. ap. Diog. L. 4. 10. (metaph. „lacero") Soph. Ai. 1070. cf. Aesch. Pers. 568. Plat. Rep. 10. 616 a. Pertinet igitur ἀνακνάπτω ad verba, mihi significata praefat. § 5.

ἀνακογχυλιάζω apud Aristophanem in Vesp. v. 589: „τῆς δ' ἐπικλήρου τὴν διαθήκην ἀδικεῖς ἀνακογχυλιάζων" usurpatur ita ut sit ἀνασπᾶν τὴν κόγχην „sigillum removere de testamento" („sigilla enim ut conservarentur conchyliis muniebant". Brunck.). In eadem re ἀνασπᾶν Lys. 1200. Alibi ἀνακογχυλιάσασθαι = ἀναγαργαρίσασθαι, τὸ ἀνακλύσασθαι τὴν φάρυγα. Cf. Plat. Conv. p. 185 d. et ἀνακογχυλιαστόν ap. Platon. com. fr. 196, quod videtur esse aliquid, quo fauces colluuntur (H. Steph.).

Cf. Poll. 6. 25, ἀνακογχυλιασμός Ath. 5. 187 a, et praefat. § 2 β.

ἀναλύτης „qui veneficia sive incantationes solvit" legitur ap. Magn. in fr. 4: ὀνειρομάντεσιν ἀναλύταις. „Quemadmodum καταδέδεσθαι idem est quod πεφαρμακεῦσθαι, sic λύειν et ἀναλύειν est veneficia solvere; cf. Luc. Vit. auct. 25 (ἀνάλυσόν με). Hesych. περικαθαίρων· ἀναλύων τὸν πεφαρμακευμένον ἢ γεγοητευμένον" (Lobeck.). ἀναλυτήρ legitur ap. Aesch. Ch. 158 (= liberator). De forma cf. βαβάκτης.

ἀναμασῶμαι proprie est „remando, rumino" de animalibus, apud Aristoph. in Vesp. v. 783: μόλις τὸ πρᾶγμ' ἔγνωσαν ἀναμασώμενοι usurpatur pro: „iterum considerare" cum allusione ad voc. μασώμενος in v. 780; codd. R. S. V. habent ἀναμασσώμενοι. Schol. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀναπεμπαζόντων τὴν τροφὴν ζῴων καὶ αὖθις ἀναμασωμένων. Cf. praef. § 2 α 1. Simplex μασῶμαι legitur ap. Ar. Vesp. 780. Eq. 717. Plut. 321. Theophr. et sequior. Compos. διαμασῶμαι Apollophan. 2 880. Aristot. H. A. 9. 6. ἐπιμασῶμαι Alciphr. 3. 51. καταμασῶμαι Hippocr., Alex 3. 427.

ἀναμετρεῖν usurpatur sensu invitante occasione ficto apud Aristophanem in Av. v. 1020. Ibi enim cum allusione ad artem geometrae est „οὐκ ἀναμετρήσεις αὑτόν"; i. q. „ἄπαγε σεαυτόν" (Ran. 853.) Aliis sensibus apud alios scriptores usurpatur, cf. Od. 12. 428. Eur. Ion. 250 1271. Herod. 2. 109 etc. Ar. Nub. 203. Plat Tim. 39 d. Plut Pericl. 38. (denuo metior, accurate metior, mensura divido). Cum notione „ἄπαγε" cf. ἀποδιώκω (ἐμαυτόν) Nub. 1296.

ἀναπειστήριος adiect. „aptus ad persuadendum", formatum de verbo ἀναπείθειν, legitur apud Aristo-

phanem in Nub. v. 875: „πῶς ἂν μάθοι χαύνωσιν ἀναπειστηρίαν"; Ἀναπείθειν legitur ap. Herod. 7. 123. Plat. Gorg. 493 a. Hipp. min. 370 a. Theaet. 116 c. Xen. Cyr. 1. 5. 4. etc. Aristoph. Nub. 77. Av. 460. Pac. 622. Simpl. πειστήριος ap. Eur. I. T. 1053, πειστικός ap. Plat. Legg. 4. 723 a, et sequior. Vocabulum pertinet ad adiectiva deverbalia in -τήριος, cf. ὀσφραντήριος Ran. 893 et sequior. Φυσκτήριος Lysistr. 1242. Cf. praefat. § 5.

ἀναπόνιπτος „qui se non abluit", μὴ νιψάμενος μηδὲ πλύνας τὰς χεῖρας, ἀλλ' ἀκάθαρτος. (Schol.). Ante cenam manus abluere solebant graeci. Legitur apud Aristoph. in Eq. v. 357: „ἐπιπιὼν τὸν ζωμὸν ἀναπόνιπτος". Ad formationem cf. ἄγρυκτος. cf. etiam s. v. ἀπόνιπτρον. Verbum ἀπονίζω legitur ap. Hom., Platon., Aristoph., Plutarchum, Lucianum. Subst. ἀπόνιμμα Plut. Sull. 36

ἀναρίστητος vide ad voc. ἀριστητικός.

ἀνάσιμος „deformis" (ἄμορφος Schol.) legitur apud Aristoph. in Eccl. 940: διασποδῆσαι ἀνάσιμον ἢ πρεσβυτέραν, proprie „sima nare", ut loquitur Martialis, i. q. simplex σιμός, quod apud complures scriptores invenitur. ἀνάσιμος apud Aristot. contrarium est τοῦ ὀρθός (ἀνάσιμα πλοῖα) Cf. praefat. § 5, verba ἀνασιμῶ et ἀνασιμαίνομαι (odorari) Hesych. Poll. 2. 73, adi. σιμοειδής Ael. H. A. 12. 17 et σιμοπρόσωπος Plat. Phaedr. 253 e.

ἀνατυρβάζω „perturbo, conturbo" legitur ap. Aristoph. Eq. 310: „τὴν πόλιν ἅπασαν ἡμῶν ἀνατετυρβακώς". Simplex τυρβάζειν proprie usurpatur = τὸν πηλὸν ταράξαι (Schol.) Vesp. 257, τυρβάζειν κακὰ ap. Soph. fr. 720. Vide praef. § 5; ἀνα- videtur esse „sursum", de vertendo omnia sursum deorsum; cf. subst. τύρβη (turba) Isocr. 15. 130. Luc. Peregrin. 32, adv. τύρβα ap. Aeschyl. fr. 321. Ap. Pind. Pyth. 4. 84 pro ἀταρβάκ-

τοιο, ubi cod. E habet lemma ἀταρβύκτοιο, veram lectionem esse posse ἀτυρβάκτοιο nuper in Mnemosyne observavit Herwerdenus, Hermann coniecerat ἀταρμύκτοιο. cf. Bentley ad Hor. Carm. I. 3. 18.

ἀναφθείρομαι „in suam perniciem sursum accedere", ἀνελθεῖν φθερούμενος, legitur apud Aristophanem in Av. v. 916: ἀτάρ, ὦ ποιητά, κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάρης; cf. ἐκφθείρομαι Eur. Hec. 669. Ar. Pac. 72. Luc. D. Meretr. 15. 2. προσφθείρομαι Ar. Eccl. 248. Ael. H. A. 2. 17. Alciphr. 1. 32. ἀποφθείρομαι Eur. Herc. 1290. Ar. Nub. 789. Eq. 892. D. Hal. 5. 68. εἰσφθείρομαι apud sequior. περιφθείρομαι Isocr. ep. 9. 10. (Hesych.). συμφθείρομαι Plut. Symp. 7. 6. 3. Simplex φθείρεσθαι Eur. Andr. 709. Dem. 21. § 139., omnia significant: „in suam perniciem aliquid facere." Eodem sensu quo ἀναφθείρομαι legitur ἀνέρρειν ap. Eupolin (fr. 221); cf. εἰσέρρειν Ar. Eq. 4. Thesm. 1075 et sequior. Verbum ἀναφθείρομαι pertinet ad ea de quibus egi praefat. § 5.

ἀναφλᾶν vide ad voc. ἀναφλασμός.

ἀναφλασμός ap. Eupol. in fr. 61 est „masturbatio." Suid.: ἀναφλασμόν· τὰ ἀφροδίσια et similiter Zonaras. „Verb ἀναφλάω invenitur Ar. Lys. 1099. E comoedia sumpsit Luc. Peregrin. 17, Lexiph. 12; cf. praef. § 12, et s. v. ἀνακνᾶν. De forma cf. ἀδωνιασμός. Hinc etiam Ἀναφλάστιος, quod pro Ἀναφλύστιος Herwerdenus comico reddidit Ran. 427, Blaydesius Eccl. 979 Ἀναφλάστιον pro Ἀναφλύστιον. cf. Eccl. 362 Ἀχραδούσιος dictum pro Ἀχερδούσιος.

Ἀναφοβεῖν „terreo" apud solum Aristophanem invenitur in Vesp. 670: δωροδοκοῦσιν ἐπαπειλοῦντες κἀναφοβοῦντες. Cum hoc verbum aliunde cognitum non sit, Blaydes. tentat χἄμα φοβοῦντες, quod simplex inter

alios etiam apud tragicos locum habet. — Cf. praefat. § 5, et ἐκφοβεῖν ap. Aesch. Pers. 598. Plat. Gorg. 483 e. Thuc. 6. 11. Isocr. 4. 139 etc., καταφοβεῖν D. Cass. 39. 14, quae etiam sensu activo usurpantur. Ad vim praepositionis conferri possunt ἀναπτοεῖσθαι et ἀνασοβεῖν.

ἀνάφορον significat „lignum baiulatorium", ξύλον ἀμφίκοιλον, ἐν ᾧ τὰ φορτία ἐξαρτήσαντες οἱ ἐργάται βαστάζουσιν. (Schol.), i. q. σκευοφορεῖον Plat. com. fr. 50., furca (Plaut.) Legitur apud Aristoph. in Eccl. v. 833. Ran. v. 8. fragm. 559: „καὶ τὸν ἱμάντα μου ἔχουσι καὶ τἀνάφορον". Idem est ἀναφορεύς in LXX.

ἀναχύρωτος vide s. v. ἀδιάλεκτος.

ἀνδραποδιστικώτατα legitur apud Eupolin in fr. 396. Videtur esse superlativus comice fictus, sive adi. neutr. gen. plural. sive adverbii, quod e Pollucis verbis, qui hoc vocabulum modo citat, non apparet. cf. μονοφαγίστατος Ar. Vesp. 923. μισοπορπακίστατος Pac. 662. ποτίστατος Thesm. 735. κακηγορίστατος Ecphantid. 5. ὀψοφαγίστατος Xen. Mem. 3. 13. 4, similia. Cf. praefat. § 1 γ.; ἀνδραποδιστική (sc. τέχνη) legitur ap. Plat. Soph. 222 c.

ἀνδραποδώνης „mancipiorum mercator" legitur apud Aristophanem in fr. 312; cf. ἀνδραποδοκάπηλος Isaeu. ap. Harpocr. Luc. adv. ind. 24. Ad formam cf. ἱππώνης, ὀψώνης, similia; cf. ad voc. ἀγριοποιός. Praeterea vid. praefat. § 3 β. Eadem (èt de compositione èt de origine) valent de vocab. ἀνθρακοπώλης apud Nicophont. in fr. 19, et Philyllium in fr. 14. Vocab. in -πώλης dabit Poll. 7. 196—199. cf. simpl. πώλης (comice) Equit. 131 sqq.

ἀνδρεράστρια „virorum amatrix" legitur apud Aristoph. in Thesm. v. 392: „τὰς μοιχοτρόπους, τὰς ἀνδρε-

ραστρίας καλῶν" et fragm. 930; cf. Phrynich. Bekkeri p. 21. 12: ἀνδρεράστρια· ἡ ἐπιμαινομένη ἀνδράσιν, ἐρῶσα ἄλλου καὶ ἄλλου. Idem est Φίλανδρος (Plat. Symp. 191 e. Eustath. p. 380. 15), quod bono sensu est Plut. Mor. p. 57 D (= mariti amans). παιδεράστρια habet Ath. 13. 601 b. Aristoph. fr. 930 (Poll. 3. 70) fortasse spectat ad vers. Thesm. 392, quod si certum esset, delendum foret hoc fragmentum ex editionibus. De forma cf. βδελλολάρυγξ. Simplex ἐράστρια invenitur ap. Stob. flor. 85. 19. Poll. 3. 70. Ael. H. A. 3. 40.

ἀνεκλογίστως adv. „sine ratione, sine modo" (sc. πίνειν οἶνον) legitur apud Pherecratem in fr. 143, v. 7, „idem fere quod ἀνεξελέγκτως" secund. Meinek., quod adverbium legitur ap. Xen. Oec. 10. 8: „ἀνεξελέγκτως ἐξαπατῶν" (opp.: ἀπᾶται ἁλίσκονται), ita ut sit fere: „clam, furtim". Adiectivum ἀνεκλόγιστος apud sequiores est „a quo rationes (εὔθυναι) non petuntur". Verbum ἐκλογίζομαι est „rationes reddere" ap. App. B. C. 3. 43, „computare, ratiocinari" ap. Plut. Crass. 17 et al. sequior., et inde etiam „cogitare de, respicere ad" (cf Eur. I. A. 1410. Suppl. 482 Thuc. 1. 70. Aeschin. 1. 64, al.), ita ut adv ἀνεκλογίστως esse possit: „temere, inconsiderate".

ἀνεπάγγελτος „non vocatus, non invitatus" legitur apud Cratinum in fr. 44: τῶν βδελλολαρύγγων ἀνεπαγγέλτων αὑτῷ φοιτήσας ἐπὶ δεῖπνον. Hesych.: ἀνεπάγγελτοι· οἷς οὐ παρηγγέλη ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν. ἄκλητοι. Similia Suidas, Pollux, Bekk. Anecd. Ἀνεπάγγελτος „non indictus" (πόλεμος) invenitur apud Polyb. 4. 16. cf. αὐτεπάγγελτος ap. Eur. Her. Thuc. Dem., ἐπαγγέλλω (ξείνοις δεῖπνα) Pind. P. 4. 31. De formatione cf. ἄγρυκτος. Vide praefat. § 2 β.

ἀνέρρειν „i. q. *ἀναφθαρῆναι*" (quod vide) legitur apud Eupolin in fr. 221: „*ὡς μόλις ἀνήρρησ'· οὐδέν ἐσμεν οἱ σαπροί*", cf. *εἰσέρρειν* Ar. Eq. 4. Thesm. 1075 et sequior., *ἀπέρρειν* Ar. Nub. 783. Eccl. 169, al., *ἐξέρρω* Eur. Hipp. 973, omnia cum notione „ad perniciem". Sic etiam simplex *ἔρρω* apud complures scriptores. Cf. praefat § 5.

ἀνερωτίζω „i. q. *ἀνερωτᾶν*" legitur apud Teleclidem in fr. 52. Verbum *ἀνερωτᾶν* est ap. Hom. Od. 4 251. Plat. Men. 84 d. Ar. Plut. 499. Demosth. 24. 158. Theocr. 1. 81, alios. Simplex *ἐρωτίζω* habet Hesych. Alia composita praepositionalia huius verbi non extant. Compositum *ἀνερωτίζω* a Teleclide fictum videtur iuxta formam vulgarem *ἀνερωτᾶν*.

ἀνήδομαι „non amplius laetor" legitur ap. Hermipp. fr. 77: *ἃ τόθ' ἥσθην, ταῦτα νῦν ἀνήδομαι*. Bekk. Anecd. 25. 19: *ἀντὶ τοῦ οὐκέθ' ἥδομαι, ἀντὶ τοῦ τὴν γεγενημένην ἡδονὴν ἀπορρίπτω καὶ ἀπο-τίθεμαι*. „*'Ανήδομαι* comice fictum esse videtur ut *τὸ δὲν* ex *οὐδὲν*, *ναιδαμῶς* ex *οὐδαμῶς*, alia id genus" (Kock.) „Quia tamen non *ἀνηδής* sed *ἀηδής* graece dicitur, expectares potius, si eiusmodi iocus subest, *ἀήδομαι*, aut si serio verbum formatum est, *ἀφήδομαι*; quare vereor ne scripturae aliquod vitium grammaticus imposuerit" (Herwerdenus); cf. etiam *ἀπεσθίειν* = *μὴ ἐσθίειν* ap. Theopomp. com. fr. 62 et *ἀνήδονος* (quod non dat laetitiam, iniucundum) ap. sequiores.

ἀνηλεήμων „immisericors" legitur apud Nicocharem in fr. 20, *ἀνηλεής* (idem) in adv. *ἀνηλεῶς* ap. Aesch. Prom. 240. Plat. Legg. 3. 697 d. Andoc. 4. 39. Simplex *ἠλεήμων* non legitur, *ἐλεήμων* est ap. Hom. Od. 5. 191. Ar. Pac. 425. Lys. 24. 7, Arist. H. A. 9. 1, alios. Vocabulum *ἀνηλεήμων* a comico compositum vide-

tur e voce ἐλεήμων producta syllaba prima, et α privativo, nisi quidem est forma secundaria vocis ἀνηλεής. Ἀνηλεής: νηλής = ἄνηστις: νῆστις. Praeterea cf. praefat. § 11 a.

ἄνηστις apud Cratinum in fr. 45: „Φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον ἄνηστις" est idem quod „νῆστις, ieiunus"; cf. Athen. 2. 47 a: ἄνηστις ὁ νῆστις πλεονασμῷ τοῦ ᾱ παρὰ Κρατίνῳ κεῖται. Suid. ἄνηστις λίαν παρὰ Κρατίνῳ. Similia dant Bekk. Anecd. 402. 32; 453. 27. Eustath. 947. 17. Vox νῆστις est ap. Hom. Aeschyl. Eurip. Theopomp., al. Ἄνηστις, quod non intellexere grammatici, formatum est a stirpe εσ verbi ἐσθίω et α privativo, ut νῆστις ab eadem et νὴ privativo; ut autem ὠμηστής rectius ὠμεστής scribi intellexit Wackernagel, ita Cratinum fortasse ἄνεστις scripsisse suspicatur Herwerdenus. Ceterum conferri possunt ἀνηλεής iuxta νηλής, ἀνάριθμος iuxta νήριθμος, alia.

ἀνθρακίδες vide ad compos. ἐπανθρακίδες.

ἀνθρακίζω „terreo in carbonibus" legitur apud Aristoph. in Pac. v. 1136, i. q. Φρύγω: „ἀνθρακίζων τοὐρεβίνθου"', cf. praefat. § 3 θ. Est verbum denominativum (ἄνθραξ), ex dativi vel ex praepositionali ratione oriundum (= ἄνθραξι vel ἐν ἄνθραξι Φρύγειν); cf. v. σιφωνίζω, ἀγκυράζω, similia. Apud sequiores verbum significat „carbonis speciem habere"; vide praef. § 2 β; cf. etiam ad voc. ἐπανθρακίδες. Ἐπανθρακόω habet Poll. 6. 55 = ἀνθρακίζω.

ἀνθρακοπώλης vide ad voc. ἀνδραποδώνης.

ἀνόδοντος vide ad voc. ἀμάχαιρος.

ἀνοητία vide ad voc. ἀθλοθετία.

ἄνοργος „qui non irascitur, ad iram non concitatur" legitur apud Cratinum in fr. 385, ἀντὶ τοῦ ἄνευ ὀργῆς

Bekk. Anecd. 406. 11. Vocabul. pertinet ad idem genus quo ἀγόμφιος, quod vide. Moeris Att. ἄνοργος Atticum, ἀνόργητον Hellenicum esse dicit, sed ἀόργητος (opponitur ὀργίλος) et ἀοργησία usurpavit Aristoteles Eth. Nic. 2. 7.

ἀντακροῶμαι „vicissim audio" est apud solum Aristophanem in Lys. v. 527: „ἢν οὖν ἡμῶν χρηστὰ λεγουσῶν ἐθελήσητ' ἀντακροᾶσθαι" (Sic P C. ἂν ἀκροᾶσθαι BNR.); est idem quod ἀντακούω, quod etiam apud tragicos et Xen. invenitur; compositum est occasione invitante fictum, quia in Lys. oportet viros ἀντακροᾶσθαι τῶν γυναικῶν, i. e. audire ἐν μέρει. Vid. praefat. § 1 β. Simplex ἀκροᾶσθαι est apud Plat., Isocr., Demosth., Thucyd., Aristoph. Cf. praefat. § 5, compos. ἐπακροῶμαι Luc. Icarom. 1. παρακροῶμαι Ioseph. et al. sequior. συνακροῶμαι Plat. Menex. 235 b.

ἀνταναγιγνώσκω „exemplaria scripta recognoscere atque inter se conferre" (Lob.) legitur apud Cratinum in fr. 386; „recentiores scriptores ἀντιβάλλειν dicebant" (Kock.). Ἀναγιγνώσκω (lego, praelego) Ar. Eq. 118. Thuc. 3. 49. Plat. Prot. 325 e Andoc. 2. 23 Lys. 13. 32, al. Alia composita verbi ἀναγιγνώσκω apud plures scriptores inveniuntur: διαναγιγνώσκω Isocr. 12. 201 Polyb. 31. 21. ἐξαναγιγνώσκω Plut. Cat. min. 68. Cic. 27. ἐπαναγιγνώσκω Lys. 10. 18. Polyb. 31. 21. 10. καταναγιγνώσκω Athen. 13. 610 d. μεταναγιγνώσκω Soph. Ai. 704. παραναγιγνώσκω Plat. Theaet. 172 e. Isocr. 4. 120. Dem. 18. 267; 24. 38. προαναγ. D. Cass. 38. 2. προσαναγ. Aeschin. 2. 95. ὑπαναγ. Aeschin. 2. 109. Isae. 11. 4.

ἀνταποπέρδομαι apud Aristophanem in Nub. v. 293: „καὶ βούλομαι ἀνταποπαρδεῖν πρὸς τὰς βροντάς"

comice fictum est, ut dicit scholiasta: „περὶ δὲ τὴν βροντὴν ἔπαιξεν, ἐξομοιῶν αὐτῇ τῆς πορδῆς τὸν ἦχον. Cf. praefat. § 1 γ. Simplex ἀποπέρδομαι legitur Ar. Eq. 637. Vesp. 394. Ran. 10. Plut. 699, et ap. sequiores. Vide praef. § 5.

ἀντεκκλέπτω „vicissim suffuror" invenitur apud Aristophanem in Ach. v. 527: οἱ Μεγαρῆς ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο. Simplex ἐκκλέπτω a compluribus scriptoribus usurpatur inde ab Homero (Il. 5. 390). Cf. praef. § 5 et compos. συνεκκλέπτω Eur. El. 364. Troad. 1018. ὑπεκκλέπτω Plut. Them. 25.

ἀντεμπήγνυμι „vicissim infigo" legitur apud solum Aristophanem in Ach. v. 230: κοὐκ ἀνήσω πρὶν ἂν σχοῖνος αὐτοῖσιν ἀντεμπαγῶ. Cf. praefat. § 5. Simplex ἐμπήγνυμι legitur Pind. P. 2. 21; N. 6. 52. Ar. Ach. 1226. Vesp. 437, alibi.

ἀντενδίδωμι „vicissim remitto" apud solum invenitur Aristophanem in Vesp. v. 694: ὁ μὲν ἕλκει, ὁ δ' ἀντενέδωκε. Simplex ἐνδίδωμι apud complures legitur; cf. praefat. § 5 et compos. ἐπενδίδωμι Aesch. Ag. 1359. παρενδίδωμι Plut reip. ger. praec. 17. προενδίδωμι Hippocr. et sequior. συνενδίδωμι D. Sic. 17. 43. Plut. Pericl. 15.

ἀντιμανθάνω „contraria discere" nusquam alibi occurrit quam apud Aristoph. Vesp. 1453: ἕτερα δὲ νῦν ἀντιμαθών, quare Blaydes. mutat ἄρτι μαθών, quaerendum num recte: cf. verba qualia sunt ἀντιμαντεύομαι, ἀντιμαρτυρῶ, ἀντιμηχανῶμαι, et praefat. § 5. Cf. compos. ἀναμανθάνω Herod. 9. 101 etc. ἀπομανθάνω Plat. Prot. 342 d. Xen. Cyr. 4. 3. 14. διαμανθάνω Philostr. v. Apoll 1. 16. ἐκμανθάνω Aesch. Soph. Herod. Aristoph. Plat. Xen. Aeschin. ἐπιμανθάνω Her. 1. 131. Thuc. 1.

138. Xen. Oec. 10. 10. καταμ. Herod. Plat. Xen. Plutarch. μεταμ. Aesch. Her. Plat. Aristoph. Luc. προμ. Pind. Soph. Plat. Thuc. Ar. προσμ. Aesch. Xen. Ar. συμμ. Soph. Xen.

ἀντισιωπᾶν „vicissim tacere" est apud solum Aristophanem in Lys. v. 528: ἣν ἐθελήσητ' ἀντισιωπᾶν ὥσπερ χἠμεῖς. De hoc composito idem animadverti potest quod de verbo ἀντακροᾶσθαι, quod vide; (viros oportet ἐν μέρει σιωπᾶν, ita ut antea fecerant mulieres). Simplex σιωπᾶν passim legitur, pertinet igitur ἀντισιωπᾶν ad verba indicata praef. § 5. Cf. comp. ἀποσιωπᾶν Isocr. 12. 215. Polyb. 30. 17. Plut. Alc. 10. διασ. Xen. Mem. 3. 64. Eur. Ion. 1566. Plut. Ages. 11. ἐκσ. Polyb. 28. 4. 13. Arr. 6. 4. 9. κατασ. Isocr. 4. 27. Xen. Hell. 5. 4. 7. Polyb. 18. 29. 9. Luc. Iov. trag. 13. παρασ. Polyb. 2. 13. 7. ὑποσ. Aeschin. 3. 239.

ἀντισπασμός „tentigo" legitur apud Aristophanem in Lys v. 967; idem est σπασμός Lys. v. 845. 1089: ἤ που πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει; et τέτανος Lys. 553. 846. Σπασμός etiam est „convulsio" Soph. Trach. 802. Her. 4. 178. Thuc 2. 49, et τέτανος est „tetanus, rigor nervorum" ap. medicos et Plat. Tim. 84 e. Etiam ῥοπαλισμός est „tentigo" in Lys. v. 553: κᾆτ' ἐντέξῃ τέτανον τερπνὸν τοῖς ἀνδράσι καὶ ῥοπαλισμούς. De formatione cf. ἀδωνιασμός. Ῥοπαλισμός pertinet ad ea, quae comici ipsi finxerunt, σπασμός et τέτανος ad praef. § 2 β. ἀντισπασμός cf. praef. § 5.

ἀντιψάλλω invenitur apud Aristoph. in Av. v. 218: τοῖς σοῖς ἐλέγοις ἀντιψάλλων ἐλεφαντόδετον φόρμιγγα, elegis tuis „respondens psallendo", i. q. ἀντανακρούω, quod fortasse apud schol. legendum est pro ἀνακρούω. Conferenda sunt, quae V. d. S. Bakh. annotat ad Av.

210 sqq , e quibus imprimis haec: „hisce comparandus est locus Eur. Hel. 1107 sq.... necesse est utrumque poetam (Eur. et Arist.) e communi hausisse fonte.... non in temeritatis crimen incurret qui coniciat antiquitus extitisse carmen aliquod vernale, quod lusciniae cantum celebraret et cuius ea verba quae Aristophani cum Euripide communia sunt pars fuerint." Cf praefat. § 8.

ἀντλίον „vas quo aqua sordida navium (sentina) hauritur" legitur apud Aristophanem in fr. 470 et Epilycum in fr. 5. Idem est ἀντλιαντλητήρ (Menand. 4. 78.); cf. ἀντλητήρ ap. Poll. 10. 31. ἀντλία (sentina) est ap. Sophocl., Ar. Pac. 17 (ubi Herw. ναυτίας), Aristot. ἄντλος est „sentina" (Hom. Aesch. Pind. Eur.), sed etiam idem quod ἀντλίον (apud sequiores). Cf. praef. § 3 θ. Huc pertinet etiam voc. ἄδδιξ „mensura quattuor choenices capiens" ap. Aristoph. in fr. 709: ἀλφίτων μελάνων ἄδδιχα (μέτρον τι τετραχοίνικον Eustath. 1854, 12. Bekk. Anecd. 342, 26).

ἀντονομάζω: de signif. huius voc. Blaydes. annotat: „antonomasiis uti, i. e. nomina alia pro aliis metaphorice usurpare, nisi antitheta potius Agathonis, in quibus multus erat, innuuntur." Schol. ὄνομα ἀντὶ ὀνόματος τιθέναι. Legitur apud solum Aristophanem in Thesm. v. 55: τὰ δὲ κολλομελεῖ καὶ γνωμοτυπεῖ κἀντονομάζει. Apud Thuc. 6. 5. significat: „alio nomine appellare". Cf. praefat. § 2 β.

ἀνυδρεύομαι apud Pherecratem in fr. 76: κατάχεον αὐτῆς κἀνύδρευσαι τὸν κάδον a Bekk. Anecd. 411. 32 et Suid. explicatur: „ἀντλεῖν ὕδωρ", „ex fonte haurio" (H. Steph.). Simplex ὑδρεύω (act. Hom. Od. 10. 105. Theogn. 264, med. Hom. Od. 7, 131. Her. 7. 193.

Eur. Troad. 205. Thuc. 4. 97. Plat. Legg. 8. 844 b. etc.) idem significat; ἐφυδρεύω est „irrigo" ap. Theophr. Alia composita verbi ὑδρεύω non extare videntur. — Cf. praefat. § 5.

ἀνωφέλητος (ἄνθρωπος) apud Eupolin in fr. 377 dicitur ἰδίως ἐπὶ τοῦ μὴ δυναμένου ἢ μὴ βουλομένου ὠφεληθῆναι, οἱ δὲ πολλοὶ ἐπὶ τοῦ μὴ ὠφελεῖν θέλοντος ἢ δυναμένου (Bekk. Anecd. 4. 24). Vocabulum est „inutilis" ap. Aesch. Ch. 741. Soph. Ant. 645. El. 1144, de agro „quo nemo utitur" ap. Xen. Cyr. 1. 6. 11. — Cf. praefat. § 2 β.

ἀορτήρ „ζωστήρ" legitur apud Pherecratem in fr. 37; cf. Poll. 10. 162: ἀορτῆρα τὸν ζωστῆρα Φερεκράτης ἐν Γραυσὶ κέκληκεν. Ἀορτήρ = „lorum quo ensis appenditur" apud Hom. Λ 31 etc. Pertinet igitur vox ad praefat. § 2 β; cf. 3 θ. Idem valet de vocabulo ἀρτήρ, quod apud Pherecratem in fr. 38 est „ὑποδήματος γένος", apud alios „στλεγγίς, strigilis" secund. Hesychium, in Septuagint. etiam „instrumentum quo aliquid fertur".

ἀπαξάπας apud solos comicos invenitur, et ab Aristophane modo in plurali usurpatur, ab aliis comicis etiam in singulari; cf. Aristoph. Plut. 111. 206. 760. 1109. Av. 1549. Eq. 845: ἐμοὶ γάρ ἐστ' εἰργασμένον τοιοῦτον ἔργον ὥστε ἀπαξάπαντας τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐπιστομίζειν. Hermipp. 2. 380. Stratt. 2. 775. Archipp. 2. 720. Plat. 2. 618. Aristoph. fr. 2. 944, v. c. Hermipp. 2. 380: περιτρέχων τὴν γῆν ἀπαξάπασαν. Cf. praefat. § 3 θ.

ἀπαπαῖ interiectio dolorem exprimit Ar. Vesp. 309: ἀπαπαῖ φεῦ, ἀπαπαῖ φεῦ. Forma ἀππαπαῖ laetitiam ibidem v. 235, nisi haec forma in ἀτταταῖ mutanda est cum Herwerdeno coll. Th. 1005. Eq. 1. Nub. 707. Cf. παπαῖ

ap. Eur. Alc. 226. Soph. Phil. 785. 792. O. C. 549. El. 855. Aesch. Pers. 988. Her. 8. 26. Ar. Lys. 215. Plat. Legg. 4. 704 b, παπαιάξ Ar. Vesp. 235. Eur. Cycl. 153. Luc. Fugit. 33. Vide praefat. § 6.

ἀπαράλεκτος „cui superflui crines dempti non sunt" legitur apud Pherecratem (fr. 195): ἄσμηκτος, ἀπαράλεκτος. Cf. Poll. 2. 35: παραλελέχθαι τὰς τρίχας τὸ τὰς περιττὰς ἀφαιρεῖσθαι, et Aristoph. Eccl. 904. Idem valet παρατίλλεσθαι, unde ἀπαράτιλτος Ar. Lys. 279. Lucian. de Salt. 5. De format. cf. ἄγρυκτος. Eodem pertinet voc. ἀνακής „insanabilis" ap. Eupolin in fr. 21 = ἀθεράπευτος (Moeris), ἀνήκεστος (Pierson.), quod invenitur ap. Hom. Aesch. Soph. Her. Plat. Thuc. Xen. Demosth., alios.

ἀπαράτιλτος „non depilatus" legitur apud Aristophanem in Lys. v. 279: πινῶν, ῥυπῶν, ἀπαράτιλτος, ἓξ ἐτῶν ἄλουτος. Sic libri: ἄκαρτος Enger. ἄλεκτος Bergk., qui etiam coni. ἀπαρτί θ'. Παρατίλλεσθαι mulierum videtur potius quam virorum, cf. 89. 151. Ran. 516. Eccl. 904. Imitatus est Lucian. de Salt. 5: τὸ γένειον ἀπαράτιλτος. Cf. praef. § 12. De forma vide voc. ἄγρυκτος.

ἀπαρτί est „ἐξ ἐναντίου" apud Pherecratem in fr. 71 et 93, et apud Platonem in fr. 58: „ἀλλ' αὐτὸς ἀπαρτὶ τἀλλότρι' οἰχήσει φέρων". Cf. Lexicon Bekkeri Anecd. p. 418: ἀπαρτὶ παρ' Ἡροδότῳ σημαίνει τὸ „ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς" (cf. Her. 2. 158; 5. 53.) παρὰ δὲ τοῖς κωμικοῖς τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου. Tertia etiam est notio, scil.: „ἄρτι ἀπὸ νῦν", de qua dubitat Lob. ad Phryn. p. 21, num Atticis etiam in usu fuerit, sicut apud scriptores N. T. (Cf. Matth. Evang. 23. 29; 26. 29.). Attamen videtur haec significatio obtinere in Ar. Plut. 388, Platon. fr. 143. Cf. praefat. § 2 β.

ἀπαρυστέον adi. verbale verbi *ἀπαρύτω* (proprie: „exhaurire" deinde „detrahere, minuere") legitur Aristoph. Eq. 921: *ἀπαρυστέον τῶν ἀπειλῶν ταυτηί.* Schol.: *ἀφαιρετέον.* Verbum legitur Herod. 4. 2. Plut. tranq. an. 11.— Cf. praefat. § 11 β.

ἀπασκαρίζω vide ad voc. *ἀποβαδίζω.*

ἀπειρολέχης „expers tori, i. e. coelebs" legitur apud Aristoph. in Thesm. v. 119: *γόνον ὀλβίζουσα Λατοῦς Ἄρτεμιν ἀπειρολεχῆ.* Cf. *ἀπειρόγαμος* (Eubul. 3. 222), *ἀπειρότοκος* (Antip. Sid. 12.). De compositione vide *βδελλολάρυγξ*, (*ἄπειρος λέχους*). Cf. etiam *ἄλεκτρος* (eadem notione) Soph. Ant. 908. El. 950, = *ἀλέκτωρ* Athen. 3. p. 98 b. (*Ἀθηνᾶ*), et ad formam: *κοινολεχής* Soph. El. 97. *μονολεχής* Plut. de ad. et am. discr. 20. Rufin. 25 (V. 9.).

ἀπερυθριᾶν „derubescere, ruborem deponere" legitur apud Aristophanem Nub. 1216: *κρεῖττον ἦν εὐθὺς τότε ἀπερυθριᾶσαι μᾶλλον ἢ σχεῖν πράγματα.* Est etiam ap. Menand. 4. 294. Apollod. 4. 454. Vocabulum e comoedia sumpsit Lucian. Iud. voc. 8. Cf. praef. § 12. Simplex *ἐρυθριᾶν* est ap. Plat. Aristoph. Demosth. Cf. praefat. § 5.

ἀπεσθίω „non-edere, μὴ ἐσθίειν" legitur apud Theopompum in fr. 62, v. 3: „*τὰ πετραῖα τῶν ἰχθυδίων ἀπέσθιε*" secundum Ath. 14. 649 b. Eustath. 1573, 27. Cf. *ἀνήδομαι*, *ἀπερυθριᾶν* (sine pudore esse) Ar. Nub. 1216. Luc. Iud. Voc. 8. *Ἀπεσθίω* autem etiam aliam notionem habet, est enim „exedo, erodo" ap. Ar. Av. 26. Hermipp. fr. 24. 52. Dem. 25. 61. Pertinet igitur ad praefat. § 2 β.

ἀπηλιαστής „qui est alienus a iudiciis et litibus quae in Heliaea agitantur" ap. Aristoph. in Av. v.

110: *μῶν ἡλιαστά; μάλλὰ θατέρου τρόπου, ἀπηλιαστά.* *Μισόδικος* (Schol.); est vocabulum comice fictum, quocum comparari possunt *ἀφέταιροι, ἀπαθηναῖοι, ἀπολῖται* apud *Θεόπομπον τὸν συγγραφέα* (Poll. III. 58.). Expectamus formam *ἀφηλιαστής*, sed cf. *ἀπηλιώτης, ἀντήλιος, Λεύκιππος* similia.

ἀπλάκουντος vide ad voc. *ἄσπλαγχνος*.

ἀπλήγιος „nimis simplex" legitur apud Eupolin in fr. 222: „*οὐ γὰρ πολυπράγμων ἐστίν, ἀλλ' ἀπλήγιος*". Opponitur igitur *τῷ πολυπράγμων*. Suid. et Bekk. Anecd. 425, 18 explicant: *ἀπλοῦς*. Cf. *ἀπληγίς* (-*ίδος*) sc. *χλαῖνα* (vestis simplex) Aesch. Suppl. 843. Soph. fr. 843; *ἀπλήγιος* igitur proprie erit „*ἀπληγίδι* indutus" vel alio modo cum eo voc. cohaeret.

ἀποβαδίζω sc. *οἴκαδε* „abeo" legitur apud Aristophanem in fr. 475. Simplex *βαδίζω* passim invenitur; pertinet igitur *ἀποβαδίζω* ad praef. § 5. Composit. *διαβαδίζω* Thuc. 6. 101. Luc. Dem. enc. 1. *ἐμβαδίζω* D. Cass. 79. 14. Ael. H. A. 10. 24. *προβαδίζω* Plut. Symp. 7. 6. 1. Ad idem genus pertinet verb. *ἀπασκαρίζω* ap. Aristoph. in fr. 495: „*ἀπασκαρίζειν ὥσπερεὶ πέρκην χαμαί*", i. q. simplex *ἀσκαρίζω* ap. Cratin. (fr. 27) et alios, scil. „*ἀσπαίρω*". Verbo *ἀπασκαρίζω* etiam usus est Menand 4. 288. Cf. etiam *ἀπο-σκαρίζω* (palpitans animam efflo) Lucill. 61 (XI. 114), *σκαρίζω* (salio, palpito) D. Sic. 1. 10, subst. *σκαρισμός* Hesych. Eustath.; *ᾰ* verbi *ἀσκαρίζω* est mobile.

ἀποβολιμαῖος (scil. *τῶν ὅπλων ἐγίγνετο*) legitur apud solum Aristoph. in Pac. v. 678; schol.: „*ἅμα καὶ παρὰ τὸ ἀποβαλεῖν τὰ ὅπλα, καὶ παρὰ τὸ ὑποβολιμαῖος* (suppositicius) *εἶναι*". Idem significant *ῥίψασπις* et *ἀσπιδαποβλής*. Una littera mutata ridiculi causa novam finxit poeta

vocem e voc. ὑποβολιμαῖος, quod est apud Herod. 1. 137 et sequiores. Vide praefat. § 9. Cf. etiam ἀποβολεύς (ὅπλων) Plat. Legg. 12. 944 b, ἀποβολή (ὅπλων) Plat. Legg. 12. 943 e.

ἀποβόσκομαι proprie = „depasco" legitur ap. Ar. in Av. v. 1066: δένδρεσί τ' ἐφημένα καρπὸν ἀποβόσκεται. Dicitur autem ἀποβόσκομαι καρπὸν ἀμβροσίων μελέων v. 750, i. q. δρέπομαι, ἀπανθίζομαι. Cf. Ran. 1299. Vesp. 462. V. d. S. B. „de parodia ap. Aristoph." annotat: „Phrynichei loci parodia manifesta: quid mutarit Aristophanes nescimus." Potest igitur hoc voc. etiam a Phrynicho tragico usurpatum fuisse. — Cf. praef § 8. Verbum simplex saepe occurrit, praeterea ἐπιβόσκομαι = ἐπινέμομαι, καταβόσκομαι = κατανέμομαι, ἐκβόσκομαι = ἀποβ. ap. sequiores, διαβόσκειν (item), παραβόσκειν = παρατρέφειν ap. Ephippum III. 328 (1), περιβόσκειν et συμβόσκειν ap. sequior.

ἀποδείρω significans „verberibus caedo" legitur Arist. Vesp. 1286: „εἶθ', ὅ τ' ἀπεδειρόμην, οὐκτὸς ἐγέλων", ubi Blaydes. mavult ὁπότ' ἐδειρόμην. Signif. „cutem detrahere" apud Herod., Xenoph., Plutarch. (ubi invenitur forma ἀποδέρω). Obscoena autem notione legitur ἀποδέρω in Lys. vv: 739. 740. 953. Cf. δέρειν in locutione κύνα δέρειν δεδαρμένην in Lys. v. 158, quod verbum significat „verberibus caedo" Ran. 619. — Cf. praefat. § 2.

ἀποθριάζω apud Aristophanem in Ach. v. 158: τίς τῶν Ὀδομάντων τὸ πέος ἀποτεθρίακεν; usurpatur sensu obscoeno = „veretrum denudare", ubi ἀποτέθρακε codd. A B R, ἀποτέθρακεν ἂν B corr. P Δ, — τίς C. Propria notio est „fici folia secare" (Schol. ἀποφυλλίζω συκᾶς. θρῖα γὰρ τὰ φύλλα τῆς συκῆς.), derivatur igitur verbum a substantivo θρῖον, addita praepositionis notione ἀπό,

ut sit: „frondes auferre de fico". — Cf. ad voc. ἐκκαυλίζω. Θρῖον nonnumquam dicitur „praeputium", cf. Eccl. 707; θριάζω = φυλλολογεῖν invenitur ap. Hesych., qui ἀποθριάζειν explicat τὸ ἀφαιρεῖν φύλλα συκῆς· καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ ὁτιοῦν ἀφαιρεῖν (similia Etym. m.). — Cf. praef. § 2. α. 1.

ἀποκαθεύδω „ἀντὶ τοῦ ἀποκοιτεῖν" (Bekk. An. 428. 13) „τουτέστι γυναῖκα χωρίζεσθαι ἀνδρὸς καὶ ἀφίστασθαι" (Suid. et Zonar. 263) legitur apud Eupolin (fr. 399.). Cf. deinde s. v. προκαθεύδω. — Vide praef. § 5. E comoedia sumpsit Philostr.; cf. praef. § 12. Verbum significat „obdormisco" ap. Themist. or. 1.

ἀποκαρτεός adi. verbale „tondendus" legitur apud Eupolin in fr. 400. Verbum ἀποκείρω (tondeo) saepius invenitur. — Cf. praefat. § 11 β.

ἀπόκινος „fugam" significat apud Aristoph. in Eq. v. 20, „ἀλλ' εὑρέ τιν' ἀπόκινον ἀπὸ τοῦ δεσπότου" (ubi schol.: φυγή, ἀποχώρησις), cum allusione ad verbum ὑπαποκινεῖν, quod vide. Verbum ἀποκινέω (amoveo) est apud Hom. Il. 11. 636. Od. 22. 107. ἀπόκινος significat „saltationis comicae genus" apud Cratinum (fr. 120) et Aristophanem (fr. 275) = μακτρισμός apud sequiores, secund. Athen. 14. 629. Cf. Poll. 4. 101: „βακτριασμὸς δὲ καὶ ἀπόκινος καὶ ἀπόσεισις καὶ ἴγδις ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων ἐν τῇ τῆς ὀσφύος περιφορᾷ". Vide etiam Cephisodor. fr. 2.

ἀποκνίσματα „ramenta, frusta rei alicuius abrupta" legitur apud Aristoph. in Pac. v. 790: „σφυράδων ἀποκνίσματα". Sic BSV, ὑπο-R. Verbum ἀποκνίζειν est apud Sotadem comicum III 586 (I. 23) et Theophr., simplex κνίσματα ap. Platon. philos. Blaydes. proponit ἀποκνήσματα a. v. ἀποκνῶ (abrado), nulla necessitate

ut videtur; cf. etiam ad voc. *σκαριφησμός* et *σκαλαθυρμάτια*. De formatione cf. *βωμολόχευμα*.

ἀποκρούεσθαι (pass.) „defringor" legitur modo apud Aristophanem in Ach. v. 459: *κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρουμένον*. (Schol.: *ἀποκεκλασμένον*). Alia significatione invenitur apud alios (cf. praefat. § 2 β), velut „repellendi" apud Thuc. 4. 107; 2. 4. Xen. Hell. 5. 3. 22, etc. Polyb. 22. 11. Cf. *περικρούεσθαι* ap. Phryn. Bekk. p. 60. 25: *περικεκρουμένος ἄνθρωπος — ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἀγγείων τῶν ὑπὸ χρόνου περικεκρουμένων*. Quamquam notio „frangendi" neque in aliis compositis verbi *κρούω*, neque in verb. simpl. extare videtur, optime tamen dictum est, verti enim potest sermone vernaculo „met afgestooten rand".

ἀπολιβάζω = „*συντόνως ἀναχωρήσεις*" (Suid. Schol.), = *ἀπέλθω*, *ἀποδράμω* (Etym. m.). Derivatio in obscuro iacet; schol. derivat a. v. *λιβάς* i. e. *σταγὼν*, *ἧς οὐδὲν ταχύτερον ἐν τῷ πίπτειν*. Invenitur voc. ap. Ar. Av. 1467: „*οὐ πτερυγιεῖς ἐντευθενί; οὐκ ἀπολιβάξεις*"; et Eupol. fr. 206. Speciem habet quod Bentley Nub. 1296: *οὐκ ἀποδιώξει* (codd. *ἀποδιώξεις*) *σαυτὸν ἀπὸ τῆς οἰκίας*; coniecit *οὐκ ἀπολιβάξεις*. Apud Pherecr. (fr. 42) videtur esse transitivum = *ἀπορρῖψαι καὶ ἀποφθείρειν* (Bekk. Anecd. 431. 3), nisi forte verum est, quod proponit Blaydes. „Adversaria in comicorum graecorum fragmenta" Part. II. p. 20: *οὐκ ἀπολιβάξεις σὺν τριγώνοις καὶ λύραις* (vel potius *τριγώνῳ καὶ λύρᾳ*) pro *καὶ τριγώνους καὶ λύρας*.

ἀπολιταργίζω „celeri gradu se proripere" legitur apud solum Aristophanem Nub. 1253: *οὔκουν ἀνύσας τι θᾶττον ἀπολιταργιεῖς ἀπὸ τῆς θύρας*, acrius dictum quam *ἀποτρέχειν*. Etymologia verbi incerta est. Cf. praefat.

§ 1 γ. Simplex λιταργίζω „festinare, celeri gradu proficisci" (συντόνως δραμεῖν Schol.) legitur Ar. Pac. 562: εἶδ' ὅπως λιταργιοῦμεν οἴκαδ' ἐς τὰ χωρία. Schol. ad Nub. nominat etiam substantivum λιταργισμός = σκίρτημα.

ἀπολοπίζω „desquamare" legitur apud Aristophanem in fr. 135: ἐγὼ δ' ἀπολοπίζειν τε κᾆτ' ἐπ' ἀνθράκων. Cf. Bekk. Anecd. 25, 26 ἀπολοπίζειν· διὰ τοῦ ō τὴν τρίτην, οὐ διὰ τοῦ ε̄ (ἀπολεπίζειν). „Loquitur nescio quis de piscibus apparandis" (Kock.). Cf. ἀπολέπω Ar. Av. 673. Eur. Cycl. 237, seq., λοπίζω in vet. lexic. Subst. λοπίς Ar. Vesp. 790. Nic. Al. 467, λόπισμα ap. sequior. Cf. praefat. § 11 α.

ἀπόνιπτρον „aqua quae decidit post ablutionem manuum" legitur apud Aristophanem in Ach. v. 616: ἀπόνιπτρον ἐκχέοντες ἑσπέρας. Cf. ποδάνιπτρον (aqua qua pedes abluuntur) Hom. Od. 19. 504. 343, λούτριον Ar. Eq. 1401. Luc. Lex. 4, ἀπόνιμμα Plut. Sull. 36. Cf. verb. ἀπονίπτεσθαι (abluere) Hom. H 425. τ. 317. ω. 189. Simplex νίπτρον Aesch. fr. 210. Eur. Ion. 1174. Meleag. 14 (XII. 68.) et al. sequior. In voce ἀπόνιπτρον terminatio -τρον non ut saepius instrumentum vel locum significat, ubi aliquid fit, ut v. c in voc. τάρακτρον: Pac. 654.

ἀποπατητέον adi. verb. de „ventre exonerando" est apud Aristoph. in Eccl. v. 326: ὅμως δ' οὖν ἐστιν ἀποπατητέον. Cf. praef. § 11 β. Secundum Nauckium Eccl. 325 – 326 tragoediae est et ἀποπατητέον pro καρτερητέον substituit Aristophanes. Cf. praefat. § 8.

ἀποπλίσσομαι „aufugio", ἀποφεύγειν (schol.), „pedibus divaricatis": Aristoph. Ach. 217: ἐξέφυγεν οὐδ' ἂν ἐλαφρῶς ἂν ἀπεπλίξατο. Cf. subst.: πλίξ et πλίγμα, ad-

verb. ἀμφιπλίξ, et Homericum πλίσσομαι (simplex) Od. ζ 318, de mularum incessu, i. e. μεταφέρειν σκέλος παρὰ σκέλος (schol.). Cf. περιπλίσσομαι apud Stratt. com. fr. 63. Plutarch. et al. sequior. διαπλίσσομαι Archil. fr. 60. καταπλίσσω Ar. fr. 198, v. 3. ἀμφιπλίσσω Poll. 2. 172. ἐκπλίσσω Hippocr. Verb. ἀποπλίσσομαι pertinet ad praefat. § 5.

ἀποπροσωπίζομαι „faciem purgo, sordes faciei abstergo" (H. Steph.) legitur apud Pherecratem in fr. 9: οὐδ' ἀποπροσωπίζεσθε κυάμοις; = ἀπονίπτεσθαι καὶ σμᾶσθαι τὸ πρόσωπον (Bekk. Anecd. 433. 18), τὸ καθαίρειν τὸ πρόσωπον (Poll. 2. 48). Simplex προσωπίζομαι non legitur. De compositione cf. ἐκκαυλίζω.

ἀποπυδαρίζω incertae significationis vocabulum legitur ap. Aristoph. in Eq. v. 697; videtur esse „ἄλλεσθαι, saltare" (Etym. m. p. 696. 1. Schol.), scilicet μόθωνα (ὀρχήσεως εἶδος). Secundum V. L. L. idem significat simplex πυδαρίζειν, quod Meineke audaci coniectura pro συβαρίζειν invexit Pac. 344, ubi verum est συβαριάζειν.

ἀποσβέννυμι significans: „ἐξαλείφω, nomen alicuius delere" legitur apud Cratinum in fr. 196: „Ὑπέρβολον δ' ἀποσβέσας ἐν τοῖς λύχνοισι γράψον", cum allusione ad lucernas, quas Hyperbolus vendebat; erat enim λυχνοπώλης (Schol. Aristoph. Pac. 692). Sensu „extinguendi" (tropice et proprie) verbum invenitur Soph. Plat. Xenoph. Theocr. Plutarch., al. — Cf. praefat. § 2. α. 1.

ἀποσποδεῖν „detero" („τοὺς ὄνυχας τῶν δακτύλων)", schol.: ἀφανίσαι, legitur apud Aristoph. Av. v. 8. Simplex σποδεῖν vide sub voce. Cf. praef. § 5. Legitur διασποδεῖν Eccl. 939. κατασποδεῖν Aesch. Sept. 791. Ar. Thesm. 560.

ἀποστερητικός „aptus ad fraudandum" legitur apud Aristophanem in Nub. v. 728 et 747: „ἔχω τόκου γνώμην ἀποστερητικήν", eadem significatione ἀποστερητρίς adiect. in Nub. v. 730: τίς ἂν δῆτ' ἐπιβάλοι ἐξ ἀρνακίδων γνώμην ἀποστερητρίδα; cf. huiusmodi adiectiva in -ικός Equit. v. 1378, et ap. Xen. in Mem. 3. 1. 6; 4 9. 11. Cf. ἀποστερητής Plat. Rep. 5. 344 b. Com. anon. 4. 691. Verbum ἀποστερεῖν passim legitur apud omnes. De forma cf. βαδιστικός.

ἀποσυκάζω apud Aristophanem in Eq. v. 259 metaphorice usurpatur de explorando ὑπευθύνους possitne illis pecunia extorqueri necne; proprie enim est „τρυγᾶν, ficus legere". Allusio subest ad voc. συκοφαντεῖν. Apud Amipsiam (fr. 33) ἀποσεσύκασται explicatur „τετρύγηται", sed ab Hesych. τὰ σῦκα ἀποβέβληκε βρωθέντα. Simplex συκάζειν est in Av. v. 1699. — Cf. praefat. § 2. α. 1.

ἀποτηγανίζω „e sartagine comedo, ἀπὸ τοῦ τηγάνου φαγεῖν" legitur apud Pherecratem in fr. 123 et ap. Phrynichum in fr. 57: ἡδὺ δ' ἀποτηγανίζειν ἄνευ συμβολῶν. Significat etiam „in sartagine frigo" ap. Machon. Ath. 13. 582 e = ἀποταγηνίζω Sotad. 3. 585. Simplex τηγανίζω (in sartagine frigo) est ap. Posidipp. fragm. 4. 515. Cf. etiam ad voc. ταγηνίας et ταγηνοκνισοθήρας. Comp. ἐπιτηγανίζω est ap. Dioscorid.; alia composita huius verbi non extant. — Cf. praefat. § 3 ζ.

ἀποτυλοῦν apud Pherecratem in fr. 204 obscoenam habet notionem „glandem denudandi" sec. Poll. 2. 176: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τύλος τὸ αἰδοῖον, ὅθεν τὸ γυμνοῦν αὐτὸ τῇ χειρὶ ἀποτυλοῦν. Simplex τυλοῦν significat „callosum reddo" ap. Xen. de re equ. 6. 9. Theocr. 16. 32, τύλος enim proprie est „tuber callosus" (Xen. Mem. 1. 2. 54.

Luc. Somn. 6), cf. *τετυλωμένον ὅπλον* Priapi in Planudis Anthol. 242. *ἀποτυλοῦν* igitur idem est quod *ἀποψωλεῖν* ap. Aristoph. in Plut. v. 295. Ach. 161. 592. Lys. 1136. Pac. 903: *ἕτεροι δὲ κείσονται γ' ἀπεψωλημένοι.* Cf. *ψωλή* „mentula" Av. 560. Lys. 143. 979, et *ψωλός* „mentulatus" Plut. 267. Eq. 964. Av. 507: *κόκκυ, ψωλοὶ, πεδίονδε. κωλῆ* est membr. virile in Nub. 1019, ceteris locis videtur esse coxa, cf. etiam Xen. Cyn. 5. 30.

ἀποφρεῖν i. q. „*ἀφιέναι*" legitur apud Cratinum in fr. 78, ubi Kockius „*ἐκφρεῖν*" inquit „et *εἰσφρεῖν* etiam apud alios scriptores inveniuntur"; *εἰσφρεῖν* est ap. Eur., Aristoph, Demosth., Polyb., Alciphr., *ἐκφρεῖν* ap. Soph., Aristoph., Lucian., Aelian. Cf. *διαφρεῖν* Ar. Av. 193. *ἐπεισφρεῖν* Eur. El. 1033. Alc. 1059. Herc. 1267 et sequior. Simplex non extat.

ἀποψωλεῖν vide ad voc. *ἀποτυλοῦν*.

ἀπρόστομος (*ξίφος*) „in summa parte non acutus" dicitur apud Magn. in fr. 7. Cf. Poll. 2. 101: *πρόστομον ξίφος τὸ ἐστομωμένον καὶ τομὸν, τὸ δὲ μαλακὸν καὶ ἄτομον ἀπρόστομον.* Πρόστομος est ap. Eubul. 3. 254. Cf. etiam *στόμα* (acies ferri) ap. Hom. Il. 15. 589 Soph. Ai. 651, verb. *στομόω* ap. Plutarchum.

ἀργέλοφοι „res viles, inutiles, *περιτμήματα*", legitur apud solum Aristoph. Vesp. 672: *σὺ δὲ τῆς ἀρχῆς ἀγαπᾷς τῆς σῆς τοὺς ἀργελόφους περιτρώγων*, ubi Schol.: *τὰ περιττὰ καὶ ἄχρηστα (ἀργέλοφοι γὰρ τῆς μηλωτῆς οἱ πόδες, οὓς ποδεῶνας καλοῦσι, καὶ οὗτοι ἄχρηστοι). περιτμήματα* habet Plat. Hipp. mai. 304 a. Cf. etiam voc. *ἀποκνίσματα* Pac. 790. *σκαριφησμός* Ran. 1497. *σμίλευμα* Ran. 819. *σκαλαθυρμάτια* Nub. 630. Cf. praef. § 2 *a* 3.

ἄρδα „inquinamentum, *μολυσμός*" legitur apud Pherecratem in fr. 53: *τὴν ἄρδαν ἀπ' ἐμοῦ σπόγγισον.* Cf.

ἄρδαλος ab Erot. gl. Hipp explic. ῥύπος, μολυσμός. Verb ἀρδαλόω Hippocr., ab Eustath. 1716. 20 explic. μολύνω. Vox cohaerere videtur cum verbo ἄρδω (Aeschyl., Pind., Herod., Plat., Aristophan., sequior.). Cf. praef. § 3.

ἀριζήλωτος „maxime aemulandus" legitur apud solum Aristoph. in Eq. v. 1329: ἀριζήλωτοι Ἀθᾶναι. Poeta imitatur Pindarum, et epicum genus dicendi, cf. ἀρίζηλος eadem signif. apud Hes. O. 6, „clarus, splendidus" ap. Hom. Il. 13. 244 et Pind. Ol. 2. 61. Cf. praefat § 8. Praefixum ἀρι- etiam inest in vocc. ἀριγνώς, ἀρίγνωτος, ἀριδείκετος, ἀριδάκρυος, ἀριήκοος, ἀρίδηλος, omnia apud scriptores non comicos. Simplex ζηλωτός legitur ap. Pind. Ol. 7. 6. Aesch. Pers. 710. Isocr. 6. 95. Ar. Nub. 462. Plat. Gorg. 473 c. etc. Vocabulum ἀριζήλωτος pertinet ad ea, quae orta sunt e compositione nominis cum voculis qualia sunt εὐ-, ἡμι-, παμ-, παγ-, ἀρι-, αὐτ- etc. Cf. αὐτοδάξ, παγκατάρατος, ἡμιφωσώνιον, similia.

ἀριστητικός „qui prandere solet" legitur apud Eupolin in fr. 130, ἀντὶ τοῦ ἔθος ἔχων ἀριστᾶν (Bekk. Anecd. 79. 22). De forma cf. βαδιστικός. Cf. praefat. § 1 γ. ἀναρίστητος autem est „impransus, qui prandium non sumpsit" apud Eupolin in fr. 68: ἀναρίστητος ὢν κοὐδὲν βεβρωκώς et Aristophanem in fr. 454. Cf. ἀνάριστος (idem) ap. Xen. An. 1. 10. 19. etc. Theocr. 15. 147. Polyb. 3. 71. Verb. ἀναριστάω et subst. ἀναρίστησις et ἀναριστία citantur ex Hippocr.

ἁρμογὴ apud Eupolin in fr. 11: „ταύτην ἐγὼ ζητῶν πάλαι τὴν ἁρμογήν" dicitur ἐπὶ τῶν ἁρμόσεων, ἃς ποιοῦνται οἱ μουσικοί, ἐπειδὰν ἐξ ἁρμονίας εἰς ἑτέραν ἁρμονίαν μετίωσι, φέρε (velut) ἐκ Δωρίων εἰς Ὑπιώνια ἢ ἐκ Φρυγίων εἰς Ὑπερμιξολύδια (Bekk. Anecd. 15. 20). Secundum

Poll. 4. 57 Eupolis ἁρμογὴν dicebat τὴν ἁρμονίαν ipsam; ἁρμογή est „iunctura" (μερῶν) ap. Polyb. 6. 18. 1. Luc. Alex. 14 et al. sequior. Vide praefat. § 2 β, ἁρμόζω (de reb. music.) Mach. 4. 497. Plat. Rep. 1. 349 e. Phaed. 85 e. Ar. Eq. 989, etc., ἁρμονία Pind. 4. 45 al. Voc. pertinet ad nomina deverbalia in -η actionem verbi indicantia. Cf. καταχήνη Ar. Vesp. 575. Eccl. 631.

γραΐζειν „despumare" legitur apud Aristophanem in fr. 446. Cf. Bekk. Anecd. 88. 7: γραΐζειν· ὅταν τὸ συναγόμενον ἐν ταῖς χύτραις καὶ ἐπαφρίζον ἐκχέωσιν. Γραῦς (spuma, quae de lacte vel aqua fervente despumatur) est ap. Aristoph. in Plut. v. 1206. Aristot. gen. anim. 2. 6. Athen. 13. 585 c. De formatione cf. βαρβιτίζειν. Vide praefat. § 3 ζ.

γραοσόβης apud Aristophanem in Pac. v. 812 a scholiasta explicatur γραόφιλος, περὶ γραῶν ἔρωτα ἐπτοημένος, ἀντὶ τοῦ γραῦς ὀχεύων. Σοβάδες meretrices dicebantur secund. schol.; sic apud Eupolin in fr. 344: παρὰ τῃδεδὶ σὺ τῇ σοβάδι κατηγάγου; H. Steph. ad voc. γραοσόβης annotat: „procul dubio in ambiguo lusit poeta, intellegi volens simul et vetularum ab emendis piscibus abactores s. depulsores, ideoque piscium avidissimos voratores, et vetularum amatores, γραοφίλους", quae e schol. petita videntur. Ad formam cf. μυιοσόβης ap. Paulum Silentarium in Anthol. IX. 764; μυιοσόβη legitur ap. Anaxipp. 4. 466, Menand. 4. 219, et Ael. H. A. 15. 14. Vocab. γραοσόβης cf. praef. § 1 γ.

γρυπάετος „avis monstrosa, mixta ex aquilarum et grypum genere", invenitur apud Aristoph. in Ran. v. 929: ἐπ' ἀσπίδων ἐπόντας γρυπαέτους χαλκηλάτους. Ἐπίσημα erat ἀσπίδος, ut inquit Scholiasta. Cf. Aesch. Prom. 395. Γρυπάετος est inter composita, quae copulativa ratione finguntur; huius generis multa sunt exempla apud Aristophanem, qui vocabula illa ad iocum exprimendum comice formavit, cf. ἱπποκάνθαρος Pac. 181, κυν-

ἀλώπηξ Eq. 1067, quod tamen non monstrum est, sed canum Laconicarum genus, ἱππαλεκτρυών Pac. 1177, similia; γρύψ avis invenitur ap. Her. 3. 116. Arr. An. 5. 4. 7. Ael. H. A. 4. 27, etc.

γυλιαύχην „qui collo est gracili et praelongo" legitur apud Aristoph. in Pac. v. 788: νόμιζε πάντας γυλιαυχένας ὀρχηστάς, Meinek. coni: γυιαύχενας. Schol.: μακροτράχηλος· γύλιος γὰρ πλέγμα ἐστὶ στρατιωτικὸν ἐπίμηκες, ἐν ᾧ τὰ σιτία ἐμβάλλουσι. Γύλιος invenitur Ach. 1097. 1138. Pac. 527, alibi. Ad formam cf. μακραύχην Eur. Phoen. 1180. Arist. H. A. 8. 6. Ath. 1. 6 c. δολιχαύχην Eur. I. A. 791. Hel. 1503, quae etiam eandem fere notionem habent. — Vide praef. § 1 γ.

γυμναστικῶς adv. legitur Ar. Vesp 1212: τὰ γόνατ' ἔκτεινε καὶ γυμναστικῶς ὑγρὸν χύτλασον σεαυτὸν ἐν τοῖς στρώμασιν. Est inter ea adverbia, de quibus egi praefat. § 10 α. Γυμναστικός legitur Plat. Prot. 313 d.

γυναίκισις „γυναικεῖα μίμησις, imitatio muliebris" legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 863: αὖθις αὖ γίγνει γυνὴ πρὶν τῆς ἑτέρας δοῦναι γυναικίσεως δίκην; Derivatur a verbo γυναικίζειν „imitari mulieres", quod invenitur in eadem fabula v. 268, Hippocrat., Polyb. 32. 25. D. Cass. 50. 27. Luc. Somn. 19. Subst. γυναικισμός Polyb. 30. 16. 5. Plut. Caes. 63. Substantiva deverbalia in -σις exprimunt actum vel statum qui verbo transitivo continetur. Cf. περίλεξις Nub. 319. ἀπόφυξις Vesp. 558. λόφωσις Av. 291.

γυναικόφωνος „muliebrem vocem habens" legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 192: γυναικόφωνος, ἁπαλὸς, εὐπρεπὴς ἰδεῖν. Similia sunt vocc. γυναικόφρων, γυναικοφυής, γυναικόψυχος, γυναικόμορφος, γυναικόθυμος, γυναικόβουλος, de quibus vide lexica. De compositione

cf. ἀλφιτόχρως. Ad formam: ἀγριόφωνος Od. 8. 294. βαρβαρόφωνος Il. 2. 867. Her. 8. 20. Strab. 14. 662. ἑτερόφωνος Aesch. Sept. 154. ἱμερόφωνος Theocr. 28. 7, similia.

γυπάριον proprie est „vulturis nidus", deinde usurpatur pro „πᾶσα στενὴ κατάδυσις". Apud Ar. Eq. 793 sic legitur = φωλεός, καλιά, στενὸν χωρίον (Schol.): „τοῦτον ὁρῶν οἰκοῦντ' ἐν γυπαρίοις οὐκ ἐλεαίρεις". Γυπάριον deminut. est vocab. γύψ (= αἰγυπιός), ut a παῖς fit παιδάριον, ab ἀνήρ ἀνδράριον, alia multa. Cum Equitum loco cf. Eq. 799, ubi est οἰκεῖν ἐν ταῖσι πιθάκναις et Thuc. II. 14. 17. Praeterea cf. praefat. § 7.

γωνιαῖος „μέγας, στερεός" de vocabulo (ῥήματι) legitur apud Platonem in fr. 67; proprie enim vox significat: „angularis", v. c. — στυλίς apud Dion. Hal. 3. 21. — Cf. praefat. § 2. α. 1. Ad significationem: γομφοπαγής (de verbis) s. v., ἱππόκρημνος (de verbis) s. v. et quae ibi collata sunt. Ad formam: συνθηματιαῖος Thesm. 458; (adiectiva in -αῖος vel -ιαῖος relationem significant eorum nominum a quibus derivantur).

Δ.

Δακτυλιουργός „qui annulos elaborat" legitur apud Pherecratem in fr. 207 et Philyllium in fr. 15. Idem est δακτυλιογλύφος secundum Poll. (cf. 7. 108 et 179), quod vocabulum etiam legitur Diog. L. 1. 57. Schol. Plat. Rep. V. p. 475. Ad formam: ξιφουργός Pac. 547. δρεπανουργός Pac. 548. Pherecr. fr. 130, v. 2. χαλκουργός Luc. Iup. tr. 33, similia. De compositione cf. ad voc. ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 3 β.

δαλίον, deminutivum vocis δαλός („fax"), legitur apud Aristophanem in Pac. v. 959: φέρε δὴ τὸ δαλίον τόδ' ἐμβάψω λαβών: (δᾳδίον libri). Suidas: δαλίον· οὕτω διὰ τοῦ λ οἱ κωμικοί. Schol.: οὕτω διὰ τοῦ λ ὁ τὴν κωμικὴν γράψας λέξιν ἀναγιγνώσκει. Vox δαλός est ap. Hom. N. 320. Hes. O. 703. Aesch. Ch. 607 etc. Cf. δᾳδίον demin. v. δᾴς Eq. 921: ὑφελκτέον τῶν δᾳδίων (δαίδων B. R. V. Γ.), ubi Blayd. etiam δαλίων legit et Bergk. ipse: „fortasse δαλίων", Luc. Necyom. 7 et sequior. — Vide praef. § 7.

δαμαρίππεως est „εἶδος ἰσχάδων" (Hesych.) apud Eupolin in fr. 407. Cf. φιβάλεως Pherecrat. fr. 80. Teleclid. fr. 5. Hermipp. fr. 51. Apollophan. fr. 5. Ar. Ach. 802. κοράκεως Hermipp. fr. 51. κοράνεως Ar. Pac. 628. χελιδόνεως Bekk. Anecd. 1197, 27. λευκερίνεως Hermipp. fr. 68, quae sunt omnia εἴδη συκῶν.

δασύπρωκτος „cui podex est hirsutus" legitur apud

Platonem in fr. 3, v. 1: ὦ Κινύρα βασιλεῦ Κυπρίων ἀνδρῶν δασυπρώκτων. Idem est δασύπυγος Schol. Theocr. 5. 112. Ad formam cf. εὐρύπρωκτος Ar. Nub. 1084 sqq. Ach. 716. Thesm. 200. στενόπρωκτος Phot. χαυνόπρωκτος Ar. Ach. 104. De compositione cf. βαθύκομος.

δαφνοπώλης „laurearum venditor" apud Aristophanem in fr. 764 est epitheton Apollinis, secundum Hesychium. Cf. δαφνίτης de Apolline (= laureis coronatus) apud Syracusanos, δαφναῖος de eodem ap. Nonn. et al. poet.; etiam δαφνηφόρος ap. Anacr. 11. 6. Plut. Them. 15, et δαφνογηθής Anth. XI, 525, 5 nominabatur Apollo. Veri simile est vocabulum iam ante Aristophanem in usu fuisse, sed ab eo comice usurpatum esse de deo, cui laurea sacra erat. De compositione cf. ἀγριοποιός.

δεδειπνάναι et δεδείπναμεν vide s. v. ἠριστάναι.

δέημα „rogamen" videtur inveniri apud solum Aristophanem in Ach. v. 1059: ὡς γελοῖον, ὦ θεοί, τὸ δέημα τῆς νύμφης. Forma secundaria est τοῦ „δέησις" apud alios scriptores, cf. Plat. Conv. 183 a. Dem. 29. 4. Plut. Tib. Gracch. 6. Timol. 5. De forma cf. βωμολόχευμα.

δειλάκρα adi. fem. vide ad voc. δειλακρίων.

δειλακρίων „miserrime" legitur apud Aristophanem in Av. v. 143: ὦ δειλακρίων σὺ τῶν κακῶν οἵων ἐρᾷς, Pac. v. 193. (Schol.: δειλότατε). Adi. fem. δειλάκρα legitur Plut. v. 973: ἐγὼ δὲ κατακέκνισμαι δειλάκρα. Cf. Ath. 15. 697 B in cantico Locrensi: μὴ κακὸν μέγα ποιήσῃς κἀμὲ τὰν δειλάκραν. De vocc. in -ων vide quae dicta sunt s. v. γλύκων.

δειλοκοπεῖν i. e. „ἐξαπατᾶν, ἐκφοβεῖν" legitur apud Hermippum in fr. 88. Cf. δημοκοπεῖν (decipiendo po-

puli favorem capto) Plut. C. Gracch. 9. App. Syr. 16 et al. seq., δοξοκοπεῖν (gloriam capto) ap. Plut. Pericl. 4 et al. seq., πολιτοκοπεῖν, i. q. δημοκοπεῖν ap. Diphil. 4. 429, quo verbo alia notione usus est Plato com. in fr. 105 (vide s. v.). Ad formam cf. etiam quae collecta sunt s. v. βωλοκοπεῖν. De compositione cf. ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 1 γ.

δειπνητικῶς „cenatorie", legitur apud Aristophanem in Ach. v. 1016: ἤκουσας ὡς δειπνητικῶς αὐτῷ διακονεῖται; Adverbium est comice fictum, cf. κομψευριπικῶς Eq. 18. προμηθικῶς Av. 1510. παιδοτριβικῶς Eq. 492, etc. Adi. δειπνητικός „ad cenam pertinens" est ap. Ath. 4. 128 a, „libenter vescens" Anaxipp. 4. 460. Vide ἀριστητικός.

δειπνίον „cenula" legitur apud Aristophanem in fr. 483: οὐδ' ἴσως ἀντέλεγες τούτῳ τῷ δειπνίῳ· οὐ γὰρ ἄκανθαι. Deminutivum est vocis δεῖπνον, quae passim legitur. Cf. deminut. δειπνάριον Diphil. 4. 406. Lucill. 29 (XI. 10); vide praefat. § 7.

δεκάπαλαι et δωδεκάπαλαι vocc. comice ficta, signific. „iamdudum", leguntur apud Aristoph. in Eq. 1154, δεκάπαλαι etiam apud Philonidem (fr. 8) et Heniochum (fr. 2). In eodem loco Aristophanis Eq. 1154 inveniuntur et τρίπαλαι, quod imitatus est Luc. Lex. 2 (cf. praef. § 12), χιλιόπαλαι, τρισμυριόπαλαι et προπαλαιπαλαίπαλαι: „ὦ δῆμ', ἐγὼ μέντοι παρεσκευασμένος τρίπαλαι κάθημαι, βουλόμενός σ' εὐεργετεῖν. ΑΛ. ἐγὼ δὲ δεκάπαλαί γε καὶ δωδεκάπαλαι καὶ χιλιόπαλαι καὶ προπαλαιπαλαίπαλαι. ΔΗ. ἐγὼ δὲ προσδοκῶν γε τρισμυριόπαλαι βδελύττομαι σφὼ καὶ προπαλαιπαλαίπαλαι." Cf. Ar. Plut. 852: οἴμοι κακοδαίμων καὶ τρισκακοδαίμων καὶ τετράκις καὶ πεντάκις καὶ δωδεκάκις καὶ μυριάκις. Vide etiam ad χιλιόπαλαι.

δελεάστρα fem. sing. apud Cratinum in fr. 216 et *δελέαστρα* neutr. plur. apud Nicophontem in fr. 4 est „decipula, transenna, in qua esca imponitur" (H. Steph.). Poll. 10. 156: „*τήν δὲ Ἀνδρομέδαν Κρατῖνος ἐν τοῖς Σεριφίοις δελεάστραν καλεῖ. Νικοφῶν δὲ τὰς τοιαύτας πάγας ἐν Ἀφροδίτης Γοναῖς δελέαστρα εἴρηκεν.*" *Δελεάστρα* igitur apud Cratinum metaphorice usurpatur de Andromeda „quia Perseum amore cepit, cf. Plaut. Asin. I. 3. 67 „esca est meretrix" (Kock.). Verbum *δελεάζω* est ap. Her. 2. 70. Luc. Pisc. 47, metaph. Xen. Mem. 2. 1. 4. Isocr. 8. 34. Dem. 18. 45. Polyb. 38. 3. 11, *δέλεαρ* (esca) Eur. Andr. 263. Xen. ibid. Plat. Soph. 222 e. De forma cf. *ἀλινδήθρα*.

δέλτα apud Aristophanem in Lys. v. 151: *εἰ γυμναὶ παρίοιμεν, δέλτα παρατετιλμέναι* usurpatur = „pudendum muliebre", ob litterae formam antiquiorem subsimilem ita dictum, „littera" ap. Xen Mem. 4. 2. 13, „pars septentrionalis Aegypti" ap. Herod. et al. — Cf. praef. § 4. Eodem pertinet vox *ἐσχάρα*, quod est „pudendum muliebre" in Equit. v. 1286: *καὶ μολύνων τὴν ὑπήνην καὶ κυκῶν τὰς ἐσχάρας* (de significatione vulgari vide lexica), et voc. *κένταυρος* apud Theopompum in fr. 89. Eustath. 1910, 10: *γυναικεῖον μόριον σημαίνει ὁ κένταυρος* (eadem Phot.). Secundum Hesychium haec vox etiam indicat *τοὺς παιδεραστάς*. Sic etiam locutio *ξύλον τετρημένον* ap. Aristoph. in Lys. v. 680, proprie = *πεντεσύριγγον ξύλον* (Eq. 1049). Cf. Herod. 9. 37. Andoc. 1. 45. Lys. 10. 16. etc.

δενδροτομεῖν metaphorice „caedo, verbero" legitur apud Arist. Pac. 747: *ἐδενδροτόμησε τὸ νῶτον, ἐδενδροκόπησε* legunt Cobet et Meineke, qui tamen falli videntur Herwerdeno, „quia utraque forma proba est, *δενδροτομεῖν*

enim extat ap. Thuc. I. 128 et Lys. XIV. 33, cf. etiam ὑλοτομεῖν et Ach. 183. 512. Nub. 1125." δενδροκοπεῖν sensu proprio legitur ap. Xen. Mem. 2. 1. Dem. 18. 90, alios. Verbum est inter ea, de quibus egi praefat. § 2 β.

δεσμώτης est „publici carceris custos" apud Cratinum in fr. 189: ὄψει γὰρ αὐτὴν ἐντὸς οὐ πολλοῦ χρόνου παρὰ τοῖσι δεσμώταισι καταπιττουμένην. Cf. Schol. Soph. Ai. 105 et Suid.: δεσμώτης· καὶ αὐτὸς ὁ δέσμιος, ὡς ὁ δεσμώτης Προμηθεύς· καὶ ὁ δεσμῶν, ὡς Κρατῖνος ἐπὶ τῶν δεσμοφυλάκων. Δεσμώτης igitur est „captivus" Aesch. Prom. 119. Soph. Ai. 105. Her. 3. 143. Thuc. 5. 35, al. Vide praef. § 2 β. De formatione cf. βαβάκτης. Δεσμοφύλαξ legitur in Nov. Test., ap. Lucian. Tox. 30 et al. sequiores.

δευτεριάζειν „secundas partes agere" legitur apud Aristophanem in Eccl. v. 634: ὅταν ἤδη 'γὼ διαπραξάμενος παραδῶ σοι δευτεριάζειν sensu figurato, et obscoeno. Cf. adi. δευτέριος, secundarius, ap. sequiores, subst. δευτερία ap. Ioseph. De formatione vide βαρβιτίζειν. Δευτερίας οἶνος (Nicoph. fr. 20) ab Hesych. explicatur οἶνος εὐτελής, a Poll. (6. 17) φαῦλος οἶνος, etiam τρυγηφάνιος (7. 151) nominatus, „vinum quod fit acinis s. vinaceis lotis et denuo subiectis prelo" (H. Steph.). Hoc vocab. est e sermone quotidiano sumptum. Cf. ἀνθοσμίας (οἶνος) ap. Ar. Plut. 807. Ran. 1150. Xen. Hell. 6. 2. 6, al., σαπρίας (οἶνος) ap. Hermipp. fr. 82, v. 6.

δευτερίας vide ad voc. καπνίας et δευτεριάζειν.

δημίζω apud Aristoph. Vesp. 699: „σκέψαι τοίνυν ὡς, ἐξόν σοι πλουτεῖν καὶ τοῖσιν ἅπασιν, ὑπὸ τῶν ἀεὶ δημιζόντων οὐκ οἶδ' ὅποι ἐγκεκύκλησαι", secundum Herwerdenum significat eos „qui semper verba ὦ δῆμε in ore habent

et populum adulantur, ad analogiam verborum *πατερίζειν*, *ἀδελφίζειν*, *παππίζειν*, simil." De forma cf. *βαρβιτίζω*. — Vide praef. § 1 *γ*.

δημιουργικῶς „opificum more" = *τεκτονικῶς· τοὺς γὰρ τέκτονας δημιουργοὺς ἔλεγον* (Schol.), legitur apud Aristophanem in Pac. v. 429: *ἅττα χρὴ ποιεῖν ἐφεστὼς φράζε δημιουργικῶς*, adi. *δημιουργικός* ap. Plat. Phaedr. 248 e. Prot. 322 b. Pol. 10 8. — Cf. praefat. § 10 *α*.

δημοπίθηκος „qui simiam se exhibet erga populum fraudulentia et adulatione", legitur apud Arist. in Ran. v. 1085: *ἡ πόλις ἀνεμεστώθη βωμολόχων δημοπιθήκων*. Bekk. Anecd. 34. 18: „*ὁ ἐξαπατῶν τὸν δῆμον καὶ θωπεύων κολακικῶς*". Cf. *δειπνοπίθηκος* Com. anon. 4. 664, *δημοκόλαξ* Dion. Hal. 6. 60. Lucian Dem. enc. 31, *δημοκόπος* Dion. Hal. 5. 65, *δημοσάτυροι* nomen comoediae Timoclis, *δημοχαριστής* Eur. Hec. 143. Vocabulum *δημοπίθηκος* est compositum comice fictum pro eo quod expectamus *δημαγωγὸς πίθηκος*. Cf. praeterea *πιθηκισμός* s. v. *πιθηκίζειν*, *πίθηκος* (de adulatore) Plat. Polit. 9. 590 b. De compositione cf. *βδελλολάρυγξ*.

διαβαίνω est „conscendere, agitare, *κελητίζειν*" ap. Arist. Lys. 60: *ἐκεῖναι ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι*, proprie: „traicere navi". *Διαβαίνω* est „stare cruribus divaricatis" Ar. Eq. 77. Vesp. 688. Xen. Eq. 7. 5. Aristot. H. A. 5. 2. Luc. gymn 32, alibi. Notio traiciendi (flumen etc.) est ap. Hom. Herod. Xenoph. Thuc. Plat. Cf. etiam *διαπλίσσεσθαι* Archiloch fr. 33, *ἀπεπλίξατο* Ach. 218, *πλίγμα*, *πλιχάς*, *πλίξ*, *ἀμφιπλίξ*, *περιπλίξ*, *περιπλίγδην*, *διαπεπλιχώς*, *ἐμπεπλιγμένος*, *ἀμφιπλίσσω*, *περιπλίσσω*, *καταπλίσσω*. — Vide praefat. § 2 *β* et § 4.

διαγαληνίζω transit. = „sereno, tranquillo" secund.

Meinek. Blayd. et Kock., qui legunt: *οἱ δ' εὐθέως τὰ πρόσωπα διεγαλήνισαν* (cod. R.), intrans. sec. Bergk., legit enim *τῶν δ' εὐθέως τὰ πρόσωπα διεγαλήνισεν* (cod. V) est apud Aristoph. in Eq. v. 646. Cf. *γαληνίζω* (simplex) trans. ap. Eur. fr. 1064, 4, intrans. ap. Alexid. fr. 173. Plut. Mor. p. 1088; etiam *γαληνιῶ* et *γαληνιάζω* inveniuntur. Sic *κουφίζω* intr. ap. Soph. Phil. 735, *ἠρεμίζω* intr. ap. Xen. Lac. 1. 3, similia. Cf. praef. § 5.

διαδρασιπολίτης „qui reipublicae munia subterfugit" legitur apud Aristoph. in Ran. v. 1014: *σκέψαι οἵους αὐτοὺς παρ' ἐμοῦ παρεδέξατο γενναίους καὶ μὴ διαδρασιπολίτας.* Bekk. Anecd. 34. 20: „*διαδρασιπολίτης ὁ διαδιδράσκων τὰς τῆς πόλεως ὑπουργίας* (*λειτουργίας*) *καὶ μὴ βουλόμενος ἐν τοῖς ἀναγκαίοις καιροῖς παρεῖναι τῇ πατρίδι.* Cf. *χαυνοπολίτης* Ach. 635, *μικροπολίτης* Eq. 817. Verb. *διαδιδράσκω* est apud Arist. Ach. 601. Schol. Ran. 1114. Herod. 8. 75. Thuc. 7. 58. Subst. *διάδρασις* Ios. Ant. 18. 5.

διακαυνιάζω „sortiri" (Schol.: *διακληροῦσθαι· καῦνον γὰρ τὸν κληρόν φασι*), legitur apud Aristophanem in Pac. v. 1081: *διακαυνιάσαι πότεροι κλαυσούμεθα μεῖζω.* Subst. *καῦνος* i. q. *κλῆρος* est ap. Aristophanem fr. 660 et Cratin. fr. 194: *ἀπὸ ποτέρου τὸν καῦνον ἀριθμήσεις;* De compositione cf. *ἐκκαυλίζω.* Verb. *διακαυνιάζω* schol. dicit fictum esse *ὡς τῶν Καυνίων μάλιστα χρωμένων, ὡς καὶ σιφνιάζειν καὶ λεσβιάζειν.*

διακλιμακίζω „in luctatione certare cum aliquo" legitur apud Platonem in fr. 124. Hesych.: *διακλιμακίσας· διαπαλαίσας. κλίμακες γὰρ καὶ κλιμακισμοὶ παλαίσματος εἶδος.* Cf. Poll. 3. 155: *πλαγιάζειν καὶ κλιμακίζειν παλαισμάτων ὀνόματα, ἀμφίπλεκτοι κλίμακες*: luctae genus „positum in eo, ut quis quasi per scalam dorsum ad-

versarii conscenderet" (Hermann.). Simpl. *κλιμακίζω* invenitur ap. Aristophanem *'Αναγύρῳ* (legitur in fragmentis comicorum e codice Sabbaïtico Hierosolymitano exerptis ap. Blaydes. „Adversaria in comicorum graecorum fragmenta" part. II. p. 344 sqq.). Tropice autem *κλιμακίζω* = „perverto, detorqueo (*τοὺς νόμους*)" est ap. Dinarchum rhet. sec. Suid. et Harpocr.; cf. *διορχεῖσθαι*, *διακράζω*, *διαξιφίζομαι*, *διενεγκεῖν* et vide s. h. v. de compositione et origine talium verborum.

διακόλλημα apud Eupolin in fr. 409 proprie est „id quod cum aliqua re conglutinatur, i. q. *στοιβή*, *ἀναπλήρωμα*, quo quid refercitur" (cf. nostr. „stoplap"); vide Ar. Ran. 1178 (ubi *στοιβή*). Verbum *διακολλᾶν* est ap. Luc. Hipp. 6. Simplex *κόλλημα* habet Antiphan. 3. 88, *κολλᾶν* Pind. N. 7. 78. Plat. Tim. 82 d. Plut. Symp. 1, 2, 6, al. De forma cf. *βωμολόχευμα*.

διακόνιον „placentae quaedam species" legitur apud Pherecratem in fr. 156, v. 2: *ὑπὸ τῆς ἀπληστίας διακόνιον ἐπήσθιεν.* Hesych. *διακόνιον· μᾶζα ἢ ζωμός, καὶ ἡ κρηπὶς τοῦ πλακοῦντος· οἱ δὲ πέμματα ἐξαπτόμενα τῆς εἰρεσιώνης.* — Cf. praef. § 3 ζ.

διακορκορυγεῖν = *διελθεῖν κορκορυγῶν*, legitur apud Aristophanem in Nub. v. 387: *ἤδη ζωμοῦ Παναθηναίοις ἐμπλησθεὶς εἶτ' ἐταράχθης τὴν γαστέρα, καὶ κλόνος ἐξαίφνης αὐτὴν διεκορκορύγησε*; Praeterea vide quae annotata sunt s. v. *ἀναβορβορύζω* et cf. praefat. § 5.

διακράζω „strepitu, clamando inter se certare" legitur apud Aristophanem in Av. v. 307. Eq. v. 1403: *πόρναισι καὶ βαλανεῦσι διακεκραγέναι.* Cf. quae dicta sunt s. v. *διορχεῖσθαι*, quae omnia et de hac voce valent. Cf. deinde etiam vocc. *διαπίνω* Herod. 9. 16. *διαθέω* Plat. Theaet. 148 c. Simplex *κράζω* (*κέκραγα*) apud

complures scriptores invenitur. Compos. ἀνακράζω Xen. An. 6. 4. 22 et al. ἐγκράζω Ar. Plut. 427 et sequior. ἐκκράζω Plut. Mar. 44. Luc. adv. ind. 21. κατακράζω Ar. Eq. 287. ἐπικράζω Luc. Anach. 16. Poll. 5. 85. ἀντικράζω Ioseph.

διαλακεῖν „cum strepitu dissilire" est apud Aristoph. Nub. 410: ἐξαίφνης διαλακήσασα πρὸς ἄμφω τὠφθαλμώ μου προσετίλησεν. Cf. simplex λακεῖν de strepitu Hom. Il. 15. 25, 13. 616. Aesch. Sept. 138. Theocr. II. 24. λακίζω „lacerare" ap. Agath. prooem. 60 (IV. 3). Lycophr. 1113. λακιστός adi. verb. Luc. Piscat. 2. λακίς et λάκισμα ap. tragg. E producta vocali apparet verbum λακεῖν respondere Ionico ληκεῖν itaque corruptum esse Pac. 382: μή νυν λακήσῃς, λίσσομαί σ', Ἑρμείδιον, ubi λάκῃς"σύ (a verbo λάσκειν) reponendum coniecit Herwerdenus. Verb. διαλακεῖν cf. praefat. § 5.

διαλέγειν obscoene „διορύττω, perfodio" legitur Ar. Lys. 720: τὴν μέν γε πρώτην διαλέγουσαν τὴν ὀπὴν κατέλαβον. Cf. διορύττω s. v. ὀπτάνιον. Medium διαλέγεσθαι, quia praeterquam ab Aristophane Plut. 1082. fr. 343 etiam ab Hyperide (in vet. lex.) et Plut. Sol. 20 sequior. usurpatum est, cum notione obscoena verbi διαλέγειν non cohaeret, sed tropice adhibitum videtur, significans „colloquium habere cum aliquo", verbum igitur honestius de concubitu qualia sunt ὁμιλεῖν, συνεῖναι, συνουσιάζειν. De reliquis notionibus verbi διαλέγειν vide lexica; cf. praefat. § 2 β. Eodem pertinet v. διαπετάννυμι Aristoph Lys. 732. 733: ἥξω, ὅσον διαπετάσασ' ἐπὶ τῆς κλίνης μόνον, obscoene = „expando", quod sine ambiguitate legitur Aristot. H. A. 5. 6. D. Sic. 17. 115, sequior.

διάλεξις est „disputandi facultas", εὐπορία εἰς τὸ

διαλέγεσθαι, ἡ διαλεκτική, apud Aristophanem in Nub. v. 317: Νεφέλαι αἵπερ γνώμην καὶ διάλεξιν καὶ νοῦν ἡμῖν παρέχουσι. Διάλεξις autem apud Plat. Ep. 7. 350 d et Plut. Mor. 778 b est „disputatio", apud grammaticos et Dio C. (60. 17) etiam = διάλεκτος. Adi. διαλεκτικός „ad disputandum aptus, disserendi peritus" cf. Plat. Crat. 398 d. Polit. 287 a. Xen. Mem. 4. 5. 12. — Vide praef. § 2 β.

διαλεπτολογοῦμαι „argute disputo" legitur apud Aristophanem in Nub. v. 1496: διαλεπτολογοῦμαι ταῖς δοκοῖς τῆς οἰκίας. Λεπτολογεῖν invenitur apud Ar. Nub. 320. Luc. Prometh. 6. D. Cass. 55. 28, καταλεπτολογεῖν Ran. 828. Cf. διαμικρολογεῖσθαι Plut. Sol. 30. Compositum est διαλεπτολογοῦμαι e verbo διαλέγομαι et adverbio λεπτῶς. Vide ad βαρυδαιμονεῖν.

διαλφιτῶ „farina conspergo" legitur apud Aristophanem in Nub. v. 669: διαλφιτώσω σου κύκλῳ τὴν κάρδοπον. Cf. ἐπαλφιτίζω Ath. 10. 432 b. (Schol.: ἀλφίτων πληροῦν). In praepositione δια- significatio inesse videtur „prorsus". Simplex ἀλφιτῶ non invenitur. De compositione cf. ἐκκαυλίζω. Hic inest ratio dativi (ἀλφίτοις διαπάσσω).

διαμασχαλίζω „suffarcino" legitur apud Aristophanem in fr. 253: ὁ χορὸς δ' ὠρχεῖτ' ἂν διαμασχαλίσας αὑτὸν σχελίσιν καὶ φύσκαις καὶ ῥαφανῖσιν. „Loquitur poeta de antiquissimae comoediae choreutis, qui quae a chorego accepissent ea ne sibi adimerentur secum portabant etiam saltantes" (Kock. secund. Fritzsch. ad Thesmoph. p. 239.). Simplex μασχαλίζω est „extremas corporis partes truncare et sub axillis ponere", Aesch. Ch. 433. Soph. El. 437. — Cf. praefat. § 5. Huc pertinet etiam verb. διαπλύνω „perluo" ap. Aris-

toph. in fr. 686: τὸν σαπέρδην ἀποτῖλαι χρὴ κᾆτ' ἐκπλῦναι καὶ διαπλῦναι, cuius verbi simplex est ap. complures scriptores non comicos.

διαμάττω κυρίως usurpatur apud Aristoph. in Eq. v. 1105: ἐγὼ (πορίῶ) μαζίσκας γε διαμεμαγμένας = „depsere, subigere" (διαφυρᾶν τὰ ἄλφιτα πρὸς τὸ ποιῆσαι μάζας vett. lexic.), καταχρηστικῶς autem in Av. v. 463, scil. διαμάττειν λόγον, quod Blaydes explicat: „in placentae formam subigere", i. e. paratum reddere. Cf. simpl. μάττω (ἀστειοτάτας ἐπινοίας) Eq. 539. — Vide praef. § 5.

διάμετρος significat „σταφύλην, ὅπερ ἐστὶν ὄνομα παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ἐπὶ τῆς καθιεμένης μολύβδου τιθέμενον", (Schol.), apud Aristoph. in Ran. v. 801. Διάμετρος est „linea diagonalis" ap. Plat. Men. 85 b., „axis" ap. Pol. 4. 39. Luc. Catapl. 14. — Cf. praef. § 2 β.

διαμινύρομαι „querula voce canto" explicatur ab H. Stephano; legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 100: μύρμηκος ἀτραποὺς ἤ τί διαμινύρεται; διαμινυρίζεται libri, Suid. τί δὴ μινυρίζεται Meinek. coni. Simplex μινύρομαι legitur apud Aesch. Ag. 15. Soph. Oed. Col. 702. Ar. Eccl. 880, μινυρίζω ap. Hom. Aristoph. et in prosa. — Cf. praefat. § 5.

διαμυλλαίνω „irrideo et illudo distortis labris" legitur apud Aristoph. in Vesp. v. 1315: οὗτος δὲ διεμύλλαινεν ὡς δὴ δεξιός. Schol.: τὰ χείλη διαστρέφειν. Phryn. Bekk. p. 36: τὸ τῷ στόματι διασχηματίζοντα διαγελᾶν. Poll. II. 90: τὸ δὲ διακινεῖν τὰ χείλη διχμυλλαίνειν· καὶ γὰρ τὰ χείλη μύλλα προσαγορεύουσιν. Simplex μυλλαίνω extat in veter. lex., ubi etiam adi. μυλλός et verb. μύλλω. — Cf. praef. § 5.

διανίζω „abluo" legitur apud Cratetem in fr. 14,

v. 7: ποῦσθ' ἡ κύλιξ; διάνιζ' ἰοῦσα σαυτήν. Utuntur verbo etiam Damox. com. 4. 531. Eubul. 3. 220. Simplex νίζω est passim ap. alios scriptores. Cf. praefat. § 5. Comp. ἀπονίζω est ap. Hom., Plat., Aristoph., Plut., Lucian., al., κατανίζω ap. Hippocr., περινίζω ap. Hom. et Hippocr.

διαξιφίζομαι „gladio decerto" legitur apud Aristoph. Eq. 781: Μήδοισι διεξιφίσω περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι. Subst. διαξιφισμός est ap Plut. de gen. Socr. 31. Cf. ξιφίζω sub voce. Saepe verba cum διὰ composita sunt medii generis, etiam ubi simplicia sunt activa. Ita v. c. διαπειλεῖσθαι usurpatur iuxta ἀπειλεῖν. Verbum tamen διαξιφίζομαι recta derivandum est de substantivo ξίφος (cum ratione dativi: ξίφῳ διαμάχεσθαι).

διαπετάννυμι vide ad voc. διαλέγειν.

διαπλύνω vide ad voc. διαμασχαλίζω.

διαρρικνοῦσθαι apud Cratinum in fr. 219: ξίφιζε καὶ σπόδιζε καὶ διαρρικνοῦ est τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς περιάγειν· ἐπὶ σχήματος ὀρχηστικοῦ τίθεται. Etym. m. 270. 5. Hesych. Poll. 4. 99. Simplex ῥικνοῦσθαι est ap. Phot. e Soph. = τὸ καμπύλον γενέσθαι ἀσχημόνως καὶ κατὰ συνουσίαν καὶ ὄρχησιν, κατὰ τὴν ὀσφύν. Cf Luc. Lex. 8. — Vide praefat. § 5. Ῥικνοῦσθαι proprie videtur esse: „(frigore) rugosus, curvus fio": Aristot. H. A. 5. 20. Opp. Cyn. 5. 592, de adiectivo ῥικνός ap. Xenarch. com. 3. 617. Ap. Rh. 1. 669. Opp. Cyn. 2. 346. Luc. bis accus. 16 et alios sequiores.

διασαλακωνίζω: apud Aristophanem in Vesp. v. 1169: ὡδὶ προβὰς τρυφερόν τι διασαλακώνισον habent libri; significat τὸν πρωκτὸν αἰσχρῶς κινεῖν secund. schol., „cevere". Idem est simplex σαλακωνίζομαι (αὐτὴν εἶδον σεσαλακωνισμένην enim scribendum est secund. Kock.)

ap. Hermippum in fr. 71, et verb. σαικωνίσαι ap. Aristoph. in fr. 849. Conferenda sunt etiam σαυλοπρωκτιᾶν, quod est „cevere, clunes molliter agitare, τὰ ἰσχία περισπᾶν", in Vesp. v. 1173: καὶ μὴν προθυμοῦμαί γε σαυλοπρωκτιᾶν et eadem notione διασαυλοῦσθαι Aristoph. fr. 624: ὁρῶ γὰρ ὡς στόμφακα διασαυλούμενον. Cf. σαῦλος = τρυφερός, κοῦφος Hom. h. Mercur. 28. Simonid. fr. 16. Anacr. fr. 165, σαυλοῦσθαι = ἁβρῶς διαβαίνειν Eur. Cycl. 40. Etym. m. 270. 40. Verba pertinent ad comice ficta, praeter v. διασαυλοῦσθαι, quod ad compos. praepositionalia referendum est. Attamen lectio non ubique certa est nec perspicua significatio, praesertim in Vesp. 1169 adhuc sub iudice lis est; cf. Blayd. annot. critic.

διασαυλοῦσθαι vide ad διασαλακωνίζω.

διασκανδικίζω „alicui scandicem obtrudere, i. e. lepores insulsos Euripideos" (Blaydes.) legitur ap. Aristoph. in Eq. v. 19: πῶς ἂν εἴποιμ' ἂν κομψευριπικῶς; μή διασκανδικίσῃς. Schol.: διευριπιδίσῃς (ἡ γὰρ μήτηρ Εὐριπίδου σκάνδικας ἐπίπρασκεν, ὅ ἐστιν ἄγρια λάχανα). Cf. Ach. 478. Th. 387. Ran. 840. „Διασκανδικίζειν tam singulare est et ab Aristophane in Euripidis contumeliam fictum, ut id non credam ab ullo alio aut antea inventum aut postea repetitum esse" (Kock. ad Teleclid. fr. 38, ubi vide eius lectionem pro verbo διασκανδικίσαι). Subst. σκάνδιξ legitur Ach. 478. 480, Theophr. et Lucian. Lex. 2. De compositione cf. ἐκκαυλίζειν.

*διασοφίζομαι = „διαπατᾶν σοφίσμασι" (Bekk. Anecd. p. 36. 11) legitur apud Aristophanem in Av. v. 1619: ἐάν τις ἱερεῖον εὐξάμενος εἶτα διασοφίζηται λέγων. Cf. περισοφίζομαι = ἐξαπατᾶν ibid. v. 1646, κατασοφίζομαι Diod. Sic. 17. 116. Act. Apost. 7. 19. Lucian. D. d. 1. 1.

Simplex σοφίζομαι tali sensu usurpatur ap. Pol. 6. 58. 12. Plut. Dem. 27, et alios sequiores. — Vide praefat. § 5. Cf. παρασοφίζομαι Aristot. rhet. 1. 15. Ath. 4. 137 f, ἀντισοφίζομαι Aristot. Polit. 4. 13. Poll. 1. 168.

διασποδεῖν „de concubitu" usurpatur apud Aristophanem in Eccl. v. 939: διασποδῆσαι ἀνάσιμον ἢ πρεσβυτέραν. Sic etiam simplex σποδεῖν et σποδεῖσθαι in Eccl. 113. 908. 942. 1016. Thesm. 492. Luc. Catapl. 12. Cf. ἀποσποδεῖν = detero (τοὺς ὄνυχας) Ar. Av. 8, κατασποδεῖν (interficere) Aesch. Sept. 791. Ar. Thesm. 660. Vide praef. § 5. De concubitu etiam usurpatur δικωπεῖν, quod est „cum duabus simul concumbere" ap. Aristoph. in Eccl. v. 1091: πῶς οὖν δικωπεῖν ἀμφοτέρας δυνήσομαι; Proprie est „duobus remis agere", cf. δικωπία ap. Luc. Contempl. 1, δίκωπος (duos remos habens) Eur. Alc. 252. Polyb. 34. 3. 2, et sequior.

διασφηκῶ „vespae figuram induo" legitur apud Aristophanem in Vesp. v. 1072: εἴ τις ὑμῶν θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον. (Hesych.: κατὰ τὸ μέσον ὄντα σφῆκα). Cf. adi. σφηκώδης Plut. 561; verb. σφηκόω Hom. P. 52 est „constringo", ut σφήκωμα „vinculum quo quid constringitur" Pac. 1216, Soph. fr. 314, διασφηκοῦν τὸ μέσον est igitur „constringere medium instar vespae". Σφηκοῦν = δεῖν est etiam apud Phrynich. com. fr. 91, περισφηκοῦν ap. Dioscorid. συσφηκοῦν Diog. L. 2. 6. ἀποσφηκοῦν Nonn. D. 21. 150. ἐπισφηκοῦν Nonn. D. 2. 111; 9. 123. κατασφηκοῦν Hesych. — Cf. praefat. § 5.

διατινθαλέος „calidus, fervidus" legitur apud Aristoph. in Vesp. v. 329: ἤ με κεραυνῷ διατινθαλέῳ σπόδισον ταχέως (διὰ τινθαλέῳ per tmesin Scal. Pors.) Hesych.: διάπυρος, Schol.: διάθερμος. Idem est simplex τινθαλέος

ap. Nic. Al. 445, et etiam τινθός in vett. lexic. De compositione cf. ἀμφαρίστερος. — Vide praef. § 5.

διατράμις apud Stratt. in fr. 74 secund. Poll. est „quae detritas nates habet." Cf. Poll. 2. 184: „οἱ δὲ ἐνδεῶς πυγῶν ἔχοντες λίσποι καὶ ὑπόλισποι καλοῦνται καὶ λισπόπυγοι. τὴν δὲ ὧδε ἔχουσαν διατράμιν Στράττις ὠνόμασεν." Aliter Hesych.: διάτραμις· διερρωγὼς τὴν τράμιν (τράμις autem est perinaeum, i. e. spatium inter pudenda et podicem). „Descripsisse videtur Strattis anum cui hiabat turpis inter aridas nates podex. Hor. Epod. 8. 5" (Meinek.). Cf. ad voc. τερπότραμις Teleclid. fr. 66; τράμις est ap. Ar. Thesm. 246 et medic. — Vide praefat. § 1 γ.

διατριπτικός „moratorius, moram afferens" legitur apud Aristoph. in Lys. 943: τὸ μύρον διατριπτικὸν κοὐκ ὄζον γάμων. Schol.: παρὰ τὸ διατρίβειν καὶ ἀναβάλλεσθαι, οἷον διατριβῆς γέμον καὶ βραδυτῆτος. De formatione cf. βαδιστικός.

διειρωνόξενος „perfidus in exteros" legitur apud Aristophanem in Pac. v. 623: αἰσχροκερδεῖς καὶ διειρωνόξενοι. Schol.: ἐξαπατῶντες τοὺς ξένους καὶ ψευδόμενοι δι' εἰρωνείας καὶ ὑποκρίσεως. Voc. εἴρων est ap. Aristot. Eth. 4. 13. Stob. Flor. 2. 27. Uckermannus vocabulum refert ad composita obiectiva, dicens „διειρωνεύω verbum, etsi non legitur in litteris graecis, tamen cogitandum est", cuius iudicio adstipulandum esse arbitror. — Cf. praefat. § 1.

διέλκω significat „perpoto" (= διαπίνω ap. Herod. 9. 16) ap. Ar. Pac. 1131: πρὸς πῦρ διέλκων μετ' ἀνδρῶν φίλων. Simpl. ἕλκω est apud Eur. Cycl. 417. Ar. Eq. 107. Cratin. fr. 250. Epigr. Anthol. 7. p. 619. διελκύσαι eodem sensu legitur Ar. fr. 109, v. 3: εἰ γὰρ ἐμοὶ

γένοιτο λουσαμένῳ διελκύσαι τῆς τρυγός, in textu, ubi tamen Kockius „διελκύσαι", inquit, „metro adversatur, Bergkii διέλξαι est forma Atticis inusitata; scribendum est (ἀ)'πολαῦσαι. Cf. Antiph. 44, 4. 80. Amphid. 26 sqq." Herwerdeno διέλκειν probabilior videtur correctio, si quidem nemo librarius facile verbum ἀπολαῦσαι in verbum sibi incognitum διελκύσαι corrupturus esset.

διενεγκεῖν: προσπαλαίειν, colluctari (Bekk. Anecd. 91, 4.) legitur apud solum Teleclidem in fr. 20. „Ea notio aliunde non cognita; fortasse comparari potest διαλαβεῖν Aristoph. Eq. 262" (Kock). Διαλαβεῖν (cf. etiam Herod. 1. 114; 4. 68. Plat. Rep. 10. 615 e. Plut. Anton. 33.) est „medium aliquem prehendere, quod facere solent luctatores" (Blayd. ad Ar. Eq. 262). Διαφέρειν aliis significationibus passim legitur. Cf. praefat. § 2 β. Διενεγκεῖν (colluctari) pertinet ad vocabula palaestrica comicis propria, de quibus vide praef. § 3 ε.

διεντέρευμα „perscrutatio intestinorum" legitur apud Aristophan. in Nub. v. 166: σάλπιγξ ὁ πρωκτός ἐστιν ἄρα τῶν ἐμπίδων. ὢ τρισμακάριος τοῦ διεντερεύματος. Cf. ἐντερεύω = exentero ap. Archippum com. fr. 25 (s. v.). Vocabulum est occasione invitante comice fictum, quia allusio inest ad voc. ἔντερον (v. 160) et paronomasia quaedam vocis διερεύνημα quae a verbo διερευνᾶν formari potest. Διερευνᾶν Epicrat. fr. 8. Plat. Legg. 2. 654 e. Theaet. 168 e. Polyb. 14. 3. 7.

διέρχομαι „delicato motu corporis obambulare" (Blaydes.) legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 1174. Schol.: ἁβρῶς βαδίζειν. Cf. διαβῆναι Vesp. 688. διασαλακωνίζω. Vesp. 1169. διαρρικνοῦσθαι Cratin. fr. 219. διακινεῖν Vesp. 688. — Vide praefat. § 4.

διθυραμβοδιδάσκαλος „dithyramborum poeta" legi-

tur apud Aristophanem in Pac. v. 829. Cf. διθυραμβοποιός ap. Aristot. Rhet. 3. 3. D. Sic. 15. 6. διθυραμβιστής et διθυραμβογράφος apud sequiores. De compositione vide βδελλολάρυγξ. Cf. vocabula, qualia sunt κωμῳδοδιδάσκαλος, τραγῳδοδιδάσκαλος, (cf. Eq. 506. Pac. 737. Thesm. 88 et sequior.), χοροδιδάσκαλος (Eccl. 809. Plat. Legg. 2 655 a. Aristot. Polit. 3. 9.), similia.

δικαστηρίδιον „parvum tribunal" legitur apud Aristoph. in Vesp. v. 803: κἂν τοῖς προθύροις ἐνοικοδομήσοι πᾶς ἀνὴρ αὐτῷ δικαστηρίδιον πρὸ τῶν θυρῶν. Deminutivum est vocis δικαστήριον. Cf. γαστρίδιον, δικίδιον alia (praef § 7).

δικίδιον „controversiola, causula" legitur apud Aristophanem in Nub. v. 1109. Vesp. 511. Eq. 347: δικίδιον εἶπας εὖ κατὰ ξένου μετοίκου. Deminutivum est vocis δίκη. Cf. ad voc. δικαστηρίδιον. Vide praefat. § 7.

δικορραφεῖν „lites consarcino" legitur apud Aristophanem in Av. v. 1435 et in Nub. v. 1483: ὀρθῶς παραινεῖς οὐκ ἐῶν δικορραφεῖν, ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐμπιμπράναι τὴν οἰκίαν. Schol.: κατασκευάζειν δίκας. Invenitur etiam ap. Apollod. com. 4. 454; δικορράπτης est ap. Bekk. An. p. 35, ubi et δικορράφος. Δικορραφία habet Manetho 2. 296. De compositione vide ἀγριοποιός. Cf. composita, qualia sunt δολορραφεῖν (Phot.), κακορραφεῖν (sequior.), μηχανορραφεῖν Aesch. Cho. 219 (μηχανορράφος Soph. O. R. 381. Eur. Andr. 448), νευρορραφεῖν Plat. Euthyd. 294 b. Xen. Cyr. 8. 2. 5. φορμορραφεῖν Aesch. 3. 166, similia.

δικωπεῖν vide s. v. διασποδεῖν.

δίμυξος „duo habens ellychnia" de λύχνῳ dicitur apud Philonidem in fr. 4, Platonem in fr. 84, Metagenem in fr. 12, Philyllium in fr. 26: καὶ λύχνον δίμυξον οἴσω καὶ θρυαλλίδ' ἣν δέῃ. Sic τρίμυξος invenitur apud Metagenem in fr. 12; μύξα est „ellychnium" apud

Callim. 23 (VI. 148). Vocabula igitur pertinent ad composita attributiva, quae ex coniunctione substantivi cum adiectivo numerali attributive adnexo originem ducunt. — Cf. praefat. § 3 θ.

δῖνος est „vasculum, poculi genus" ap. Ar. Vesp. 618. Nub. 1473 et Strattid. fr. 34: τὸ βρέγμα σου προσέοικε δίνῳ περὶ κάτω τετραμμένῳ. Schol.: κεραμεοῦν ἐστι βαθὺ ποτήριον βάσιν οὐκ ἔχον ἀλλὰ στρογγύλον, ἄνω εὐρύτερον ὄν. Τὸν δῖνον pro τὸ δεῖπνον Aristophani Ach. 1137 reddendum esse olim coniecit Herwerdenus. „Aliud poculi genus est ἡ δεινιάς ab inventore Dinia appellata. Ath. 11. 467 e" (Kock.). Δῖνος alibi est „turbo, vertigo" (Ar. Nub. 380) vel „arca in qua fruges teruntur" (Xen. Oec. 18. 5. Ael. H. A. 2. 25). — Cf. praefat. § 2 β.

διορύττω vide s. v. ὀρύττω.

διορχεῖσθαι est „certare cum aliquo in saltatione" Ar. Vesp. 1481. 1499: εἴ τις τραγῳδός φησιν ὀρχεῖσθαι καλῶς, ἐμοὶ διορχησόμενος ἐνθάδ' εἰσίτω. Cf. διακεκραγέναι Eq. 1403. Av. 307. διαπίνειν Plat. Rep. 4. 420 e. διαξιφίζομαι Eq. 781. διακλιμακίζω Plat. com. fr. 124. διαπληκτίζεσθαι Plut. Syll. 2. διαθεῖν (cursu certare) Plat. Theaet. 148 c et alibi, διακυβεύειν (alea) Plut. Rom. 19, alia. Διορχεῖσθαι ap. Opp. Hal. 5. 440 est „saltare in, per" (ἐνὶ πόντῳ). — Cf. praefat. § 2 β.

διποδία „saltationis Laconicae genus" legitur apud Cratinum in fr. 162. Verbum διποδιάζω est apud Aristophanem in Lys. v. 1243, in verbis Lacaenae: λαβὲ τὰ φουσατήρια ἵν' ἐγὼν διποδιάξω N. R., διποδί' ἄξω B. C. Δ. Cf. Poll. 4. 101, Hesych. et Suid. i. v. διποδία. Apud Aristot. part. an. 1. 3 διποδία est τὸ ἔχειν δύο πόδας, v. διποδία apud metricos notum est. — Cf. praef. § 2 β. De compositione vide βαρβιτίζειν.

δίπυρος adi. apud Aristophanem in Ran. v. 1361 iungitur cum vocc. ἀνέχουσα λαμπάδας (διπύρους), ut sit „in utraque manu tenens facem". Codd. AD habent διαπύρους. Bergk coni.: ἀμφιπύρους. Quia autem Aeschylus ibi vult τὸν τῶν μονῳδιῶν Euripidis διεξελθεῖν τρόπον (v. 1330), vocabulum δίπυρος fortasse ex Euripidis quodam loco sumptum est, aut „ad Euripideae poeseos normam fictum" (v. d. S. B.). Vide praefat. § 8. Cf. ἀμφίπυρος Soph. fr. 212. Eur. Ion. 716, δίπυρος = διπυρίτης = bis in igne coctus (de pane) ap. Eubul. com. 3. 214, et fortasse apud Alcaeum com. fr. 5 (ubi vide Kock.).

διφθεροπώλης vide ad voc. γελγόπωλις.

διφρίσκος „sedes currus" legitur Ar. Nub. 31: τρεῖς μναῖ διφρίσκου καὶ τροχοῖν Ἀμυνίᾳ. Deminutivum est notissimi vocabuli δίφρος, h. l. non sine contemptu dictum. Vide καλαμίσκος, ἱερακίσκος, μαζίσκη, similia. Cf. demin. διφρίον Tim. Lex. Plat. p. 233. 273. Δίφρος syncopa natum est e διφόρος.

διώβολον „duo oboli" legitur apud Aristophanem in fr. 3 et ap. Theopompum in fr. 55: διώβολον φέρων ἀνὴρ τρέφει γυναῖκα. Rectissime Poll. 9. 63: „τὸ μὲν τετρώβολον καὶ τριώβολον ἐν τῇ χρήσει τέτριπται· (cf. Ar. Plut. 125. Xen. Hell. 5. 2. 21. Plut. Alcib. 35, al.) τὸ δὲ διώβολον ὡς ἐπὶ πολὺ λύοντες ἔλεγον, ὡς Δημοσθένης „ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖνὲ θεώρουν ἄν, εἰ μὴ τοῦτ' ἐγράφη" ἔστι δὲ καὶ τὸ διώβολον κ. τ. λ." (sequuntur loci comicorum supra dict.). Adde etiam Alex. 3. 470. Cf. praefat. § 3 θ. Sic Aristophanes in fr. 48 dicit τριημιωβόλιον („sesquiobolus" H. Steph.), quod „λύοντες ἔλεγον" τρία ἡμιωβόλια. (Poll. 9. 64). Ἡμιωβόλιον cf. Xen. An. 1. 5. 6. Arist. Rhet. 1. 14. Philem. 4. 19.

διωχής (de vehiculo) „quo duo vehi possunt" legitur

ap. Pherecratem in fr. 3. Poll. 10. 47: *δίφροι διωχεῖς οἱονεὶ οἱ δύο ὀχοῦντες*. Verbum *ὀχεῖσθαι*, vehi, est Hom. P. 77. *ε*. 54. Ar. Ran. 25. Her. 1. 31. Xen. Cyr. 7. 3. 4. Plut. Oth. 6. Luc. Lexiph. 2. Cf. praefat. § 3 *θ*.

δοίδυξ „pistillum" legitur apud Aristophanem in Plut. v. 711. Vesp. 938. Eq. 984. Pac. 288. 295 et fr. 7. Schol. *ἀλετρίβανος*. Significatio tralata est in Eq. 984: *εἰ μὴ 'γένεθ' οὗτος ἐν τῇ πόλει πέγας, οὐκ ἂν ἤστην σκεύη δύο χρησίμω, δοίδυξ οὐδὲ τορύνη* et Pac. 288, 295 de iis qui turbant rempublicam, scil. Cleone et Brasida, cf. Pac. 269 *ἀλετρίβανος Ἀθηναίων* et 282 *ἀλετρίβανος Λακεδαιμονίων*. — Vide praefat. § 3 *ζ*.

δοκησιδέξιος „qui sibi aliisve sapiens videtur" (Kock.) legitur apud Pherecratem in fr. 154, v. 1 et apud Calliam in fr. 27. Poll. 4. 9: *δοκησίνους, ὃν καὶ δοκησιδέξιον Καλλίας εἴρηκεν ὁ κωμικός*. Cf. *δοκησίσοφος* Ar. Pac. 44. Antiphon ap. Poll. 4. 9. Clem. Al., *δοκησισοφία* Plat. (philosoph.?) ap. Poll. 4. 9.

δράκαινα apud Aristophanem in fr. 767 comice usurpatur ita ut sit „flagellum". Hesych. *δράκαιναν τὴν μάστιγα, τὴν ὑστριχίδα ὁ Ἀριστοφάνης. Δράκαινα*, fem. vocis *δράκων* („draco, serpens") est ap. H. h. Apoll. 300. Aesch. Eum. 128. Eur. Bacch. 1355 etc. — Cf. praefat. § 2 *β*.

δράψ apud Aristophanem in fr. 768 „e *δράπων* sive *δραπέτης* coactum cumque *δρώπτης ἀλήτης* Hesych. cognatum videtur" (Lobeck. Paral. 112). *Δραπέτης* est ap. Pind. fr. 99, Eur. Rhes. 69, alios, fem. *δραπέτις* in plur.: titulus fabulae Cratini (fr. 49—64). Meleag. 55 (XII. 80), *δράπων* Arcad. p. 14, 19. Conferri possunt voces quales sunt *κλώψ, ῥώψ, δρῶψ, κλέψ, ῥάξ*, alia.

δρεπανουργός „falcium artifex" legitur Ar. Pac.

548. Pherecr. fr. 130, vs. 2: τίς ἐσθ' ἡμῖν ἔτι χρεία τῶν δρεπανουργῶν ἢ χαλκοτύπων; Cf. praef. § 3 β, et de compositione ἀγριοποιός. Ad formam: ξιφουργός Pac. 539. χαλκουργός Luc. Iup. tr. 33, similia; (alio accentu scribuntur κακοῦργος et πανοῦργος). Fabrorum nomina partim desinunt in ουργός, partim in ποιός, partim in πηγός. Praeterea extant αὐλοτρύπης et δορυξός, formata a verbis τρυπᾶν et ξεῖν.

δρεπτόν est „εἶδος φιλήματος" (secund. Hesych. Phot.) apud Teleclid. fr. 13. Cf. μανδαλωτόν Ar. Thesm. 132. Ach. 1201. γιγγλιμωτόν Phot. περιπεταστόν Ach. 1201, et quae ibi genera φιλημάτων nominata sunt. Vocab. δρεπτόν proprie esse adiectivum verbale notissimi verbi δρέπειν ad quod cogitandum esse voc. φίλημα vix opus est ut affirmem.

δρομάς „scortum, vagum scil. et erroneum" (H. Steph.) legitur apud Phrynichum in fr. 33: ὦ κάπραινα καὶ περίπολις καὶ δρομάς. Δρομάς adiective = „currens" usurpatur ap. Soph. Phil. 674. Eur. Bacch. 730. D. Sic. 19. 37, Plut. Alex. 31 etc., = „divino spiritu inflammata" = φοιβάς Eur. Tr. 42. Cf. Hipp. 549. — Vide praef. § 2 β. „Meretricem" significat etiam voc. πορνεύτρια ap. Aristoph. in fr. 121; de forma cf. βάπτρια. Verbum, a quo derivatum est vocabulum, legitur ap. Her. 1. 93. Aeschin. 1. 94. Dem. 19. 233. Luc. Alex. 5 etc.

δρόσος vide ad voc. ζωμός.

δρυογόνος „quercus gignens" (active) legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 114: τάν τ' ἐν ὄρεσι δρυογόνοισι κόραν ἀείσατ'. Ad formam cf. δρυοκόπος Aristot. part. an. 3. 1. δρυοτόμος Aesop. 175 (= δρυτόμος). — παιδογόνος Eur. Suppl. 629. ζῳογόνος ap. sequiores. σπερ-

μογόνος schol. Lycophr. 352. — De compositione cf. ad ἀγριόποιός.

δρύοψ, nomen avis, legitur apud solum Aristophanem in Av. v. 304, estque fortasse eadem quae δρυκολάπτης. Cf. nomina avium ἐλεᾶς, ἐρυθόρπους, ἐλασᾶς, κεβλήπυρις, νέρτος, ὑποθυμίς similia. — Vide praefat. § 3 α. Sic etiam voc. τέτραξ (avis „tetrao" fortasse) Av. 885. Cf. Ath. 9. 398 d. f.

δυσάλγητος est „aegre tolerabilis", ἀνύποιστος, δύσοιστος (sec. Poll. 3. 130) apud Eupolin in fr. 410. Apud Soph. autem in O. R. v. 12 est „qui dolore vix affici potest"; cf. praefat. § 2 β. Sic δυσαλγής est „gravem afferens dolorem" ap. Aesch. Ag. 1137. Plut. Consol. ad Apollon. p. 328 et al. seq., apud Hesychium autem = „ἀσυμπαθής" (dolore alterius non affectus).

δυσβράκανον est „id quod difficile est ad intellegendum, ad comprehendendum animo" apud Cratinum in fr. 404. Cf. Hesych. βρακεῖν = συνιέναι, βρακείς = συνιείς, „βρακεῖν (animo comprehendere), βρακείς, δυσβράκανον (= δυσκατανόητον), quibus communis est notio comprehendendi, sive id manu fit, sive ore sive animo" (Lobeck.).

δυσκολόκαμπτος „difficilis ad flectendum" dicitur de καμπαῖς illis musicorum, de „modorum flexionibus" apud Aristoph. in Nub. v. 971: εἰ δέ τις αὐτῶν κάμψειέν τινα καμπὴν, οἵας τὰς κατὰ Φρῦνιν ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους. Poll. IV. 66: καὶ Φρῦνιν δὲ τὸν Κάμωνος μέλεσι πολυκαμπέσι, τοῖς ὑπὸ τῶν κωμῳδῶν δυσκολοκάμπτοις κληθεῖσι, κεχρῆσθαι λέγουσιν. De compositione vide βαρυδαιμονεῖν. Cf. ᾀσματοκάμπτης Nub. 333. καμπὴν κάμπτειν Nub. 969. Pherecrat. fr. 145, v. 9. καμπτικὸν Φω-

νάριον Poll. IV. 64, i. e. Aristoph. fr. 644. πολύκαμπτος (νόμος) Poll. IV. 73.

δυσκολόκοιτος „difficilem somnum efficiens" legitur ap. Aristoph. in Nub. v. 420: δυσκολοκοίτου μερίμνης. Cf. δυσκολόκαμπτος Nub. 971. De compositione vide βαρυδαιμονεῖν.

δυσόμοιος „dissimilis" legitur apud Stratt. in fr. 75, i. q. ἀνόμοιος secund. Suidam; ἀνόμοιος est ap. Plat. Legg. 9. 716 d. Parm. 165 d. 159 a.

δωδεκάκρουνον, proprie de fonte „cum duodecim fistulis, e quibus aqua prosilit", apud Cratinum in fr. 186, v. 2 „os poetae dicitur" (Kock.): ἄναξ Ἄπολλον τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων. καναχοῦσι πηγαί, δωδεκάκρουνον τὸ στόμα. Imitantur Tzetz. Epist. p. 69 et Philostr. Vit. sophist. 22 (p. 525). Ad formam: καλλίκρουνος ap. sequior. ἐννεάκρουνος Thuc. 2. 15. De compositione cf. δίμυξος. — Vide praefat. § 2. α. 1.

δωδεκαμήχανος cognominata fuit Cyrene quaedam meretrix, quae duodecim Veneris figuras excogitaverat, quibuscum comparat Aeschylus cantica Euripidea nimis artificiosa, apud Aristoph. in Ran. v. 1328: κατὰ τὸ δωδεκαμήχανον Κυρήνης μελοποιῶν. Δωδεκαμήχανος in Euripidis Hypsipyle invenitur, sed prorsus alio sensu adhibitum de sole, qui per XII signa Zodiaci transit (Fritzsch.); δωδεκαμήχανος apud Platonem comicum (fr. 134) dicitur de Xenocle, Carcini filio, de quo schol. Pac. 792: Ξενοκλῆς ὁ Καρκίνου δοκεῖ μηχανὰς καὶ τερατείας εἰσάγειν ἐν τοῖς δράμασιν. — Cf. praef. § 2.

δωδεκάπαλαι vide ad δεκάπαλαι et χιλιόπαλαι.

δωροδοκητί adv. comice fictum legitur apud Aristophanem in Eq. v. 996. Cod. R. Bergk: ἁρμονίαν οὗτος οὐ δύναται μαθεῖν ἢν μὴ δωροδοκητί. Inest allusio ad

τὴν Δωριστὶ ἁρμονίαν itemque ad verb. δωροδοκεῖν. Cf. ad formam adverbia ἀνδριστί Eccl. 149, βαρβαριστί etc. Alii enim legunt δωροδοκιστί, secund. cod. V. Suid., ut Blaydes, alii δωροδοκηστί secund. codd. ABCPSV sec. man. Suid. alibi, ut Kock. et Meinek. Cf. verb. δωροδοκεῖν, subst. δωροδόκημα et δωροδοκία, adi. δωροδόκος (Herod. Plat. Oratt. Aristoph. Xen. sequior.).

E.

Ἐγγλωττογάστωρ *παρὰ τοὺς ἐγχειρογάστορας πέπαικται* (schol.); *γλωττογάστορες παρὰ τοῖς κωμικοῖς οἱ ἀπὸ τῆς γλώττης βιοῦντες* (Poll. II. 108); *ἐγγλωττογάστωρ παρὰ τὸ διὰ γλώσσης καὶ διὰ λόγων τρέφεσθαι* (Etym. m. 309. 51). Sunt igitur ii qui lingua, i. e. accusationibus, cibum ventri quaerunt. Legitur vox apud Aristophanem in Av. v. 1696 et 1702: *ἐγγλωττογαστόρων γένος, οἳ τρυγῶσι ταῖς γλώτταισι.* Cf. *Χειρογάστορες* fabulae Nicophontis comici nomen, *ἐγγλωττοτυπεῖν* Eq. 782. *Ἐγγλωττογάστωρ* pertinet ad praef. § 1.

ἐγγλωττοτυπεῖν „semper in ore habeo" legitur apud Aristophanem in Eq. v. 782: *νικήσας ἡμῖν μεγάλως ἐγγλωττοτυπεῖν παρέδωκας.* (*σεμνολογεῖν, ἀεὶ ἐπὶ γλώττης ἔχειν.* Schol.). Cf. *ἐγγλωττογάστωρ*, verb. *γνωμοτυπεῖν*, adiect. *γνωμοτύπος*. Vocabulum est inter ea, de quibus egi praefat. § 1 *α*; formatum est a voc. *γλωττοτύπος*, quod cogitandum est, et ipsum compositum est (sc. ex *γλῶττα* et *τύπτειν*).

ἐγκαθαρμόζω „inducere in, inaptare in" legitur apud Aristophanem in Lys. v. 681: *ἐς τετρημένον ξύλον ἐγκαθαρμόσαι τουτονὶ τὸν αὐχένα.* *Καθαρμόζω* invenitur ap. Eurip. Hipp. 771, et Rhes. 767. Vide praefat. § 5. Cf. comp. *συγκαθαρμόζω* ap. Soph. Ai. 905.

ἐγκάπτω vide s. v. *ἐπεγκάπτω*.

ἐγκατακρούω signif. „pulsare choream" apud Aristophanem in Ran. v. 330: θρασεῖ ἐγκατακρούων ποδί. Cf. voc. ἐγκρούω. Simplex κρούειν eodem sensu legitur Eur. I. A. 1043. Herc. 1304. Arr. An. 7. 1. 7, ἀνακρούειν χορείην Nonn. Dion. 13. 504. Apud sequiores ἐγκατακρούω est „infigere in." Ἐγκατακρούω ab Aristophane formatum est a simpl. κρούω duabus praepositionibus antepositis, κατακρούω saltem hac notione non legitur. Cf. etiam ἐγκροτεῖν ap. Theocr. 18. 7: εἰς ἓν μέλος ἐγκροτέοισαι ποσσίν.

ἔγκαφος significat „τὸ ἐλάχιστον" sec. Zonar. 603 et Eustath. 1481. 34 et legitur apud Eupolin in fr. 330: οὐ γὰρ λέλειπται τῶν ἐμῶν οὐδ' ἔγκαφος, proprie „frustulum, ψωμός" (H. Steph.). Cf. ἐγκάπτω sub voce.

ἐγκιλικίζω „imponere alicui cilicatim" (Grotius) legitur ap. Pherecratem in fr. 166: ἀεὶ ποθ' ἡμῖν ἐγκιλικίζουσ' οἱ θεοί. Cf. Etym. m. ἐγκιλίζειν τὸ πονηρεύεσθαι, ἀπὸ τῆς τῶν Κιλίκων πονηρίας. Κίλικας γὰρ ἔθνος ἐπὶ πονηρίᾳ διαβαλλόμενον. Eadem fere docent Phot. et Suid. Verbum etiam legitur apud Aristophanem in fr. 105: εἴ γ' ἐγκιλικίσαιμ', ἐξολοίμην, φαθὶ λέγων, secund. coniecturam Bergkii, ubi tamen Kock. annotat: „hic quid significare possit nescio". Simplex κιλικίζω et subst. κιλικισμός inveniuntur in vett. lex.

ἐγκοισυροῦσθαι „Coesyrae moribus imbui" legitur apud Aristoph. in Nub. v. 48: ἔπειτ' ἔγημα Μεγακλέους ἀδελφιδῆν τρυφῶσαν ἐγκεκοισυρωμένην. Schol. τὰ τῆς Κοισύρας φρονεῖν, περισσῶς κοσμεῖσθαι, καλλωπίζεσθαι, ὁμοίως τῇ Κοισύρᾳ· αὕτη δὲ ἦν γυνή τις πάνυ ἑαυτὴν κοσμοῦσα ἱματίοις καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ.). Cf. Nub. 300. Ad formam vide ἐγκορδυλεῖσθαι Nub. 10. ἐντευτλανοῦσθαι. Ach. 894. ἐνθριοῦσθαι Lys. 664. ἐνασπιδοῦσθαι. Ach. 368. ἐμφορβειοῦσθαι. Av. 861. Cf. voc. ἐκκαυλίζω.

ἐγκοληβάζειν, i. e. *καταπατεῖν* (Suid.), legitur apud Aristophanem in Eq. v. 263: *εἶτ' ἀποστρέψας τὸν ὦμον αὐτὸν ἐνεκολήβασας* (Sic Θ sec. m. *ἐνεκολάβησας* B. C. P. R. S. V. Δ. Υ. Χ), *παρὰ τὸ ἐπὶ κόλοις βαίνειν. κόλα δὲ ἡ γαστήρ* (*κόλον*? Blaydes). Cf. *κολετρᾶν* Nub. 552, ubi Schol. *κατὰ κόλου τύπτειν*. Simpl *κοληβάζειν* = *προσκρούειν* (Suid.). Lobeck. (Phryn. 79) voc. *ἐγκοληβάζω* derivat a. v. *κόλος* et explicat „in poplitem s. posticam impingere, ingeniculare". Si locus (Eq. 263) sanus est, verbum videtur esse locutio palaestrica, sive ab Aristophane formatum est a simpl. *κοληβάζειν*, sive ante eum iam usu receptum. Blaydes autem proposuit: *ἐνεκυρήβασας*, coll. *κυρηβάζειν* Eq. 272.

ἐγκορδυλεῖσθαι „involvi" legitur Nub. 10: „*ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος*". Schol. *ἐγκεκαλυμμένος καὶ συνεστραμμένος ὥστε μηδὲ ἀνθρώπου σχῆμα δηλοῦν*. Vocabulum e comoedia sumpsisse videntur Luc. Lexiph. 13. Theophyl. Hist. 2. 11 p. 47 b. Eust. Opusc. p. 288. 40. Vide praefat. § 12. Cf. voc. *ἐνθριοῦσθαι*, *ἐγκοισυροῦσθαι*, alia. De forma ad *ἐκκαυλίζω* (in v. *ἐγκορδυλεῖσθαι* ratio inest dativi sive praepositionalis).

ἐγκρίς „libum, quod oleo incoquitur et melle indulcatur" (H. Steph.) legitur apud Pherecratem in fr. 83: *ἐν ταῖς ὁδοῖς ἁρπαζέτω τὰς ἐγκρίδας*. Athen. 14. 645 e: *ἐγκρίδες, πεμμάτιον ἑψόμενον ἐν ἐλαίῳ καὶ μετὰ τοῦτο μελιτούμενον*. Similiter Hesych., qui etiam explicat: *ἐγκρίς· γλύκασμα ἐξ ἐλαίου ὑδαρές*. *Ἐγκριδοπώλης* „qui venditat talia liba" legitur apud Aristophanem in fr. 256, 265, et ap. Nicoph. in fr. 19. Vocab. in *-πώλης* Poll. 7. 196—199. De compositione cf. *ἀγριοποιός*. Praeterea vide praefat. § 3 *θ*.

ἐγκρούω signif.: „tripudio" (Schol.: *βαίνειν εὐρύθμως*)

ap Aristophanem in Ran. v. 374: ἐγκρούων κἀπισκώπτων καὶ παίζων καὶ χλευάζων. Cf. ἐγκατακρούω, ἐγκροτεῖν apud Theocr. 18. 7. Simplex κρούω vide s. v. ἐγκατακρούω. 'Εγκρούω significat „infigo" ap. Aristoph. Vesp. 130. Theophr. Char. 4. Meleag. in Anthol. 112 (7. 195). — Cf. praefat. § 2 β.

ἐγκρυφιάζω „occultis fraudibus uti" legitur Eq. v. 822: πολλοῦ δὲ πολύν με χρόνον καὶ νῦν ἐλελήθης ἐγκρυφιάζων. Formatum est a. v. ἐγκρυφίας, panis qui sub cineribus torretur; ἐγκρυφίας est a verbo ἐγκρύπτω, pro quo vocabulo apud sequiores saepius ἐγκρυφιάζω usurpatum est. 'Εγκρυφίας est Hippocrat. Luc. D. Mort. 20. 4. Lexiph. 3, ἐγκρύπτω Od. 5. 488. Ar. Av. 841. Ap. Rh. 1. 170. — Cf. praefat. § 2.

ἐγκυλίω vide s. v. εἰσκυλίω.

ἐγχέζω sensu metaphorico „metuendi" usurpatur apud Aristophanem in Vesp. v. 627: κἀγκεχόδασίν μ' οἱ πλουτοῦντες. Cf. ea quae dicta sunt s. v. βδύλλω. Significat autem „se ipsum concacare" prae metu apud eundem Ran. v. 479: οὗτος τί δέδρακας; ἐγκέχοδα. Cf. ἐνουρεῖν Lys. 402. Sensu proprio apud eundem in Eccl. v. 347: ἵνα μὴ 'γχέσαιμ' ἐς τὴν σισύραν. Cf. ἐξιδίω ἐς Av. 724. ἐπιχέζω Lys. 440. Eccl. 640. καταχέζω Nub. 174. fr. 152. — Vid. praefat. § 3 η.

ἐγχυτρίζειν = „φονεύω" legitur apud Aristophanem Vesp. v. 289: ἀνὴρ παχὺς ἥκει τῶν προδόντων τἀπὶ Θρᾴκης, ὃν ὅπως ἐγχυτριεῖς. Simplex χυτρίζειν est ap. Aesch., Soph., et Pherecrat. secund. schol.: „ἐγχυτριεῖς ἀντὶ τοῦ φονεύσεις· καὶ Σοφοκλῆς ἀποκτεῖναι χυτρίζειν ἔλεγεν ἐν Πριάμῳ καὶ Αἰσχύλος Λαΐῳ καὶ Φερεκράτης". Cf. Soph. fr. 476. Pherecr. fr. 247. — Vide praefat. § 5. Schol. Vesp. 289: ἐγχυτριεῖς· ἀποκτενεῖς. μετενήνοχεν δὲ ἀπὸ τῶν ἐν

ταῖς χύτραις ἐκτιθεμένων βρεφῶν. ὅθεν καὶ ἐγχυτριστρίας ἐκάλουν τὰς διακονουμένας τὰ βρέφη. Sic καταχυτρίζω videtur esse „θάπτειν" (Lobeck.) ap. Aristoph. fr. 793, non diversum ab ἐγχυτρίζειν. Schol. Ald. Vesp. 289 et Schol. Platon. 336: βλάπτειν, quod mutavit Lobeck.

εἰειειειειειλίσσετε vide ad τιτιτιτιτιτιτιτιτίνα.

εἰκελόνειρος „somnio similis, inanis" legitur apud Aristophanem in Av. 687: ταλαοὶ βροτοὶ, ἀνέρες εἰκελόνειροι. Cf. Aesch. Prom. 448. Ag. 82. 1228. Homericum εἴκελος est Od. 21. 411. Il. 22. 134, etiam ap. Hesiod. Sc. 451. Cf. εἰκελόφωνος Philp. 18 (VI. 247.) Inest imitatio poetarum epicorum, ut in multis vocabulis in Avium aliarumque fabularum parabasibus obviis. De formatione cf. ad ἀναγχιππεῖν.

εἰκοστολόγος „vicesimarum exactor" legitur apud Ar. Ran. 363: „εἰκοστολόγος κακοδαίμων". Praeterea invenitur Boeckh. Inscr. Gr. n. 89. 22. „Apparet autem e Poll. IX. 29 ita vocatos fuisse publicanorum quoddam genus, qui vicesimam quandam colligerent" (Ducker.); εἰκοστή est ap Thuc. 6. 54; 7. 28. — Vide praef. § 3 β. De compositione cf. ἀγριοποιός.

εἰλίποδες „quo de bubus usus est Homerus epitheto, ad mulieres obscoene detorsit Eupolis in fr. 161, v. 3" (Kock.). Cf. Suid. μυσάχνη· Εὔπολις εἰλίποδα, ἐκ τῆς εἰλήσεως τῶν ποδῶν κατὰ τὴν μῖξιν. Hesych. γυναῖκες εἰλίποδες· διὰ τὴν δέσιν τῶν σκελῶν καὶ πλοκὴν τὴν κατὰ τὴν συνουσίαν. Cf. Hom. passim. Hes. Th. 983. Theocr. 25. 131. εἰλιπόδης est ap. Nonn. D. 1. 60. — Vid. praef. § 8.

εἰσέλκω significat „traho, rapio in" apud Aristophanem in Ach. v. 379: „εἰσελκύσας γάρ μ' ἐς τὸ βουλευτήριον διέβαλλε". Invenitur etiam ap. Xenarch. com.

3. 617. Casu factum quod hoc vocabulum nusquam alibi hac propria significatione inveniri videtur. — Cf. praefat. § 5.

εἰσέρρω „irruo" legitur Ar. Thesm. 1075. Equit. 4: „ἐξ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν ἐς τὴν οἰκίαν πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις." Imitati videntur Alciphr. III. 55. Synes. p. 107 c. Cf. ἀνέρρω Eupol. II. 517 (s. v.). Simplex ἔρρω passim legitur; compositum igitur pertinet ad praef. § 5. Vide etiam § 12.

εἰσκέλλω „appello" legitur ap. Aristoph. Thesm. 877: „ποίαν δὲ χώραν εἰσεκέλσαμεν σκάφει; Simplex κέλλω (appellere navem) est ap. Hom. tragg. sequior. poet., ἐπικέλλω ap. Hom. et Ap. Rhod. Versus Aristophanis est tragici coloris; „probabilius est Ar. hos versus finxisse (872—873. 885 sqq.); libere enim, ut ex comparatione cum Helena videre est, versibus tragicis utitur, plurima ipse fingens" (v. d. S. B.). — Cf. praefat. § 8.

εἰσκρούω „tundendo introrsum adigo" (H. Steph.) legitur apud Pherecratem in fr. 105, sc. „τὸν πύνδακα (i. e. πυθμένα, fundum) τῆς χοίνικος". Sic ἐγκρούω de eadem re ap. Theophr. Char 11: „μετρεῖν μέτρῳ τὸν πύνδακα ἐγκεκρουμένῳ". Cf. simpl. κρούω = κρουσιμετρεῖν, Harpocr. Hesych., ubi etiam παρακρούω de eadem re, et ἐκκρούεσθαι (med.) ap. Aristophanem in fr. 270 („τοὺς πύνδακας"), ubi tamen Meinek. et Bekk. ἐσκρουσαμένους proponunt. — Vide praefat. § 5.

εἰσκυλίω „se volutare, se implicare in" sensu metaphorico usurpatur apud Aristophanem in Thesm. v. 651: εἰς οἷ' ἐμαυτὸν εἰσεκύλισα πράγματα (εἰσεκύλησα N. R. εἰσεκύκλησα Bentl. Br.) et 767; praeterea Reisk. proposuit εἰσκεκύλικεν pro εἰσκεκύκληκεν (R. V.) in Vesp.

v. 1475. Cf. ἐγκυλίω eodem sensu ap. Pherecr. fr. 146. Imitantur Theophr., Dion. Hal. 11. 36., Luc. Hipp. 6. Cf. praefat. § 12, ἐκκυλίω Aesch. Prom. 87 (metaph.). Εἰσκυλίω propria notione est apud Call. Del. 33 (θαλάσσῃ). — Vide praefat. § 2. α. 1.

ἐκβολβίζω „evolvo tamquam caepe, spolio (Blayd.), integumentis exuo" legitur apud Aristoph. in Pac. v. 1123: ἐγὼ δὲ τουτονὶ τῶν κῳδίων, ἀλάμβαμ' ἄλλους ἐξαπατῶν, ἐκβολβιῶ. Schol.: ἀπὸ τῶν τοὺς βολβοὺς χαμόθεν ἐκβαλλόντων ἡ μεταφορά. Cf. verbum ἐκκοκκίζειν. Compositum ἐκβολβίζω Aristophanes formavit a nomine βολβός ita ut comparatio quaedam inesse videatur, quae ad obiectum pertinet (ὡς βολβὸν ἐκτυλίττειν, evolvere).

ἐκκαλαμᾶσθαι vide ad voc. ἐσκαλαμᾶσθαι.

ἐκκανάζω i. q. „ἐκπίνειν" legitur apud Eupolin in fr. 272: τὴν δ' αὐτὸς ἐκκανάξει. Cf. Poll. 10. 85: τὸ ἐκκενῶσαι ἢ ἐκπιεῖν κανάξαι λέγουσι καὶ ἐκκανάξαι, ὡς καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Φίλοις. Ap. Eur. Cycl. 152 ἐκκάναξον est coniect. Musgr. ἀντὶ τοῦ ἐγκάναξον: φέρ' ἐγκάναξον, ὡς ἀναμνησθῶ πιών. Compositum ἐγκανάζω praeterea legitur ap. Ar. Eq. 105. Alciphr. 3. 36. Comparanda sunt etiam vocc. καναχή, καναχεῖν, καναχίζω.

ἐκκαυλίζω proprie = „caulem evello" metaphorice usurpatur apud Arist. in Eq. v. 825: τοὺς καυλοὺς τῶν εὐθυνῶν ἐκκαυλίζων καταβροχθίζει, de pecunia magistratibus exprimenda, quod fecit Cleon. Schol.: ἀπὸ τῶν τὰ λάχανα ἀποκλώντων, οἷον ἀνασπᾶν καὶ ἀναιρεῖν = μισθὸν λαμβάνων παρὰ τῶν διοικούντων τὰ κοινά. Cf. ἀποκαυλίζω Eur. Suppl. 717. Thuc. 2. 76. Luc. de merc. cond. 1, καυλίζομαι Aristoph. fr. 404. 'Εκκαυλίζω est compositum praepositionale, recta derivatum a substantivo (καυλός), ubi inest ratio accusativi, καυλός enim ob-

iectum est notionis verbalis quae est ἐξαιρεῖν. Cf. διακαυνιάζω, ἀποθριάζω, καταγιγαρτίζω, ἐκκοκκίζω, ἐκποκίζω, alia multa.

ἐκκοκκίζω „dislocare" legitur ap. Ar. in Ach. v. 1179: „τὸ σφυρὸν παλίνορρον ἐξεκόκκισεν". Schol.: ἔκλασεν τὸν πόδα. Significat „extundo" (sc. „τὸ γῆρας") in Lys. v. 364. Schol.: ἐκβάλλω. Notione evellendi usurpatum est in Lys. v. 448 (sc. „τὰς τρίχας"). Schol.: ἀνατίλλω, ἀνασπᾶν. Cf. verbum ἐκποκίζω Thesm. 567, quod denotat „ἐρημῶ, ἀφανίζω" (Schol.), sc. „τὰς πόλεις", in Pac. v. 63. Cf. Nicomach. 4. 587: οὐσίδιον ἐκκοκκίζω. Verbum derivatum a nomine κόκκος (granum fructuum) proprie est τὸν κόκκον ἐξαιρεῖν, cf. ad verb. ἐκκαυλίζω.

ἐκκορεῖν vide s. v. ἐκκορίζειν.

ἐκκορίζειν signif. „devirginare" Eupol. fr. 233, v. 4: κἀξῆν ὅλην τὴν ἡμέραν τὸν κύσθον ἐκκορίζειν, et secund. Bergkii coniecturam pro ἐξορίζεις Ar. fr. 266: τί ὦ πονηρέ μ' ἐκκορίζεις ὡσπερεὶ κλιντήριον, quod proprie est „cimices expellere" (cf. Parmenionem Anth. Pal. IX. 113). Ἐκκορεῖν est „puellam adimere" Ar. Thesm. 760: ταλαντάτη Μίκα, τίς ἐξεκόρησέ σε; ubi alluditur ad devirginandi notionem. Contra Pac. 59: μὴ 'κκόρει τὴν Ἑλλάδα significat „noli Graeciam everrere". Cf. etiam Menandr. 4. 303. Nempe duo sunt verba funditus diversa ἐκκορεῖν, devirginare et ἐκκορεῖν, everrere, comp. v. κορεῖν, unde κόρημα verriculum vel sordes, quae verruntur. Cum priore verbo cognata sunt κορεύω (devirginare) ap. Eust. ad Od. 11, 290 et κόρευμα, virginitas ap. Eur. Alc. 145. — Cf. praef. § 4.

ἐκκρούεσθαι vide ad voc. εἰσκρούω.

ἐκνομίως adv. = „praeter s. supra modum", legitur apud Aristophanem in Plut. v. 981: ἐκνομίως μ' ᾐσχύνετο

et 992. Schol.: ὑπερφυῶς, ὑπερβαλλόντως, μεγάλως, κυρίως δὲ τὸ ὑπὲρ τὸ νενομισμένον. Adi. ἐκνόμιος invenitur ap. Pind. N. 1. 56. Orph. fr. 8. — Cf. praefat. § 10. α.

ἐκπειρᾶσθαι insolito usu „tentare ad rem Veneream", ut πειρᾶν eo sensu frequentari solet, usurpatur ab Aristophane in Lys. v. 1113: εἰ λάβοι γέ τις ὀργῶντας ἀλλήλων τε μὴ 'κπειρωπένους. Schol.: μὴ συνεῖναι ἀλλήλοις μήτε πεῖραν ἑαυτῶν δέχεσθαι. In Equit. 1234: καί σου τοσοῦτον πρῶτον ἐκπειράσομαι verbum significat „percontari", ap. Soph. O. R. 360, Eur. Suppl. 1089, Her. 3. 135 „experiri, tentare". — Cf. praef. § 2. α. 1.

ἐκπερδικίζω „perdicis more callide effugere" legitur apud Aristophanem Av. 768: ὡς παρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρόν ἐστιν ἐκπερδικίσαι. Praeter scholia ad h. l. cf. Hesych.: τὸ διολισθῆσαι καὶ διαδρᾶναι, ἀπὸ τῶν περδίκων. πανοῦργον γὰρ τὸ ζῷον καὶ διαδιδράσκον τοὺς θηρῶντας. Cf. διαπερδικίσαι com. anon. 4. 634, διεκπερδικίζω Suid. Verbum pertinet ad composita praepositionalia, in quibus comparatio quaedam inesse videtur, ut κατασικελίζω, similia.

ἐκπηνίζομαι significat „extricare, ἀφέλκειν apud Aristophanem in Ran. v. 578: Κλέων, ὅς αὐτοῦ τήμερον ἐκπηνιεῖται ταῦτα προσκαλούμενος. Schol.: ἃ ἔφαγεν ἡμῶν ἀφελκύσει. ἀπὸ τῶν τὴν κρόκην μηρυομένων εἰς πηνία. Verbum ἐκπηνίζομαι formatum est a nomine πηνίον, fusus, ἄτρακτος εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη (Hesych.). — Cf. praefat. § 2. α. 1.

ἐκποιεῖσθαι „gigno, procreo" (cf. παιδοποιεῖσθαι) legitur apud Aristophanem in Acharn. v. 255. Pac. v. 708: ταύτῃ συνοικῶν ἐκποιοῦ σαυτῷ βότρυς. Ἐκποιεῖν contra significat „adoptandum do" ap. D. Cass. 60. 33. Subst. ἐκποίησις, adi. ἐκποίητος Is. 7. 25; „perfectum reddo,

perficio": Her. 2. 175; intr. „sufficio": Poll. 2. 24; 9. 154. — Cf. praefat. § 2 β. — Cum loco e Pace comparetur ea verbi ποιεῖν notio, qua in eadem fabula vs. 1322 poeta dixit κριθάς τε ποιεῖν ἡμᾶς πολλάς, ubi cf. Aristomenes com. II 733. Demosth. 42, 20, 31. Strab. IX p. 399. Steph. Byz. s. v. Ἄγκυρα. Antiatt. ap. B. A. 111, 20, al.

ἐκποκίζω „evello" legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 567: ἀλλ' ἐκποκιῶ σου τὰς ποκάδας. Hesych. ἐκτίλλω. Ποκίζω invenitur apud Theocr. 5. 26, ubi Schol.: κείρω. Cf. ποκάζω (idem) ap. Suid. s. v. πεκτῶ. De compositione vide ἐκκαυλίζω.

ἐκραβδίζω „verberando eicio" legitur apud Aristophanem in Lys. v. 576: ἐκραβδίζειν τοὺς μοχθηρούς (sc. ἐκ τῆς πόλεως). Verbum est compositum praepositionale de substantivo formatum ad rationem dativi (ῥάβδῳ ἐξελαύνειν). Subst. ῥάβδος saepissime apud varios scriptores inveniri non est quod moneam.

ἐκσκαλεύω „eicio, excutio" legitur apud Aristophanem in Lys. v. 1028: τοῦτ' ἄρ' ἦν με τοὐπιτρῖβον, δακτύλιος οὑτοσί. ἐκσκάλευσον αὐτό. Schol.: ἐκφέρειν. Simplex σκαλεύω est Pac. 440: σκαλεύοντ' ἄνθρακας, ubi schol. explicat ζωπυρεῖν, Luc. V. H. 2. 28. Plut. Mor. 516 d. Subst. σκαλεύς Xen. Oec. 17. 12, σκάλευθρον Poll. 10. 113.

ἐκσκεδάννυμι „eicio et dispergo" legitur apud Aristophanem in Eq. v. 795: „τὴν εἰρήνην ἐξεσκέδασας". Simplex σκεδάννυμι inveniri apud omnius generis scriptores notum est. Compositum igitur pertinet ad ea quae indicavi praef. § 5.

ἐκτρυπᾶν = „ὡς διὰ τρυπήματος (= ὀπῆς) ἐκδιδράσκειν" legitur ap. Aristoph. Eccl. 337: ἐκτετρύπηκεν

λαθοῦσά μ' ἔνδοθεν. Schol.: λάθρᾳ ἐξελθεῖν. Oppositum εἰστρυπᾶν = ὡς διὰ τρυπήματος εἰσιέναι est Ael. Dion. ap. Eust. Od. 1532. 5. Ἐκτρυπᾶν signif. propria in Geoponic. invenitur, simplex τρυπᾶν Od. 9. 384 Plat. Crat. 327 e. Xen. An. 3. 1. 31. Aeschin. 1. 79.

ἐκχαρυβδίζειν „ebibo instar Charybdis" legitur apud Pherecratem in fr. 95: λεπαστὴν μεστὴν ἐκχαρυβδίσαι. Cf. ad voc. γαστροχάρυβδις (Cratin. fr. 397). Vide praefat. § 1 γ.

ἐλαΐζω „oleas colo" (H. Steph.) legitur apud Aristophanem in fr. 119. Etym. m. 326, 20: τὰς ἐλαίας ἐργάζεσθαι. Secund. Hesych. verb. etiam est „oleagino colore esse", sensu autem priore pertinet ad verba, de quibus cf. βαρβιτίζειν.

ἐλαΐς „oliva, olea arbor" legitur apud Aristophanem in Ach. v. 998: περὶ τὸ χωρίον ἐλᾷδας ἅπαν ἐν κύκλῳ. Olivas περιστοίχους, στοιχάδας dicit, quas circa praedium suum disponunt. Vocabulum etiam occurrit ap. Aelianum (Epist. Rust. 4.), sed eius verba sunt manifesta imitatio Aristophanis, ex hoc loco sumpta; cf. praef. § 12. Aliae formae sunt ἐλαίας, ἐλαία, et ap. sequiores ἔλαιος, de quibus cf. lexica. Vide praefat. § 11 α.

ἐλαολόγος „qui olivas colligit" legitur apud Aristophanem in Vesp. v. 712. Schol.: οἱ τὰς ἐλαίας μισθοῦ συνάγοντες. Verbum ἐλαιολογεῖν habent Philo et LXX. Ad formam cf. σπερμολόγος Av. 232. 579. Plut. Dem. 28, al, κριθολόγος, χρησμολόγος similia. De compositione cf. ἀγριοποιός. Veri simile est vocabulum pertinere ad id genus de quo egi praef. § 3 β.

ἐλασᾶς vide ad voc. ἐλεᾶς.

ἐλατήρ „placentae" genus legitur apud Aristophanem

in Ach. v. 246: ἔτνος καταχέω τοὐλατῆρος τουτουί, Eq. v. 1182 et ap. Calliam fr. 21. Schol.: ἐλατήρ ἐστι πλακουντῶδες πέμμα πλατύ. παρὰ τὸ ταῖς χερσὶν ἐλαύνεσθαι εἰς πλάτος. Callias eam nominat inter cibos simplices choreutarum. Prorsus diversa est vulgaris v. ἐλατήρ notio, qua invenitur ap. Hom. Aeschyl. Pind. Lucian., de quibus vide lexica. — Cf. praefat. § 3 ζ.

ἐλεᾶς nomen avis legitur apud Aristophanem in Av. v. 302. 885. Avis ignota est; apud Arist. H. A. 9. 16. 1. invenitur ἐλέα, avis palustris, et ἐλεός, avis rapax, ap. eundem 8. 3. 3. (ἐλειός Hesych.). Cf. s. v. δρύοψ. Tale est etiam nomen ἐρυθρόπους, Av. 303, quod adiective usurpatur de ave πελειάς apud Aristot. H. A. 5. 11. 2; fortasse etiam substantive in usu erat et ἐρυθρόπους igitur erat eadem quae πελειάς vel certe species eius generis. Non minus ignota est ἐλασᾶς, (voc suspectum et fort. corrupt. e voc. ἀτταγᾶς (Blayd.) est in Av. v. 886), et νέρτος (Av. 303), pro quo Blaydes. incertissima coniectura proponit κίρκος (falco) aut κελεός (Aristot. H. A. 8. 3. 8; 9. 1. 27).

ἕλειος signif. „paludum modo uliginosus" apud Aristophanem Av. 244. Ran. 351: „προβάδην ἔξαγ' ἐπ' ἀνθηρὸν ἕλειον δάπεδον χοροποιὸν ἥβαν." Idem est ἐλώδης apud Aristot. H. A. 6. 8. Ἕλειος est „in paludibus vivens s. nascens" ap. Aesch. Pers. 486. Eur. Herc. 152. Thuc. 1. 110. Aristot. part. anim. 4. 12. — Cf. praefat. § 2 β et 8.

ἑλικοβόστρυχος „qui tortos habet cincinnos" legitur apud Aristophanem in fr. 334, ubi est Musarum epithetum. Cf. ἑλικοβλέφαρος H. h. 5, 19. Hes. Th. 16. Pind. P. 4. 172 (epith. Veneris, Ledae). ἑλικῶπις (de Musis) H. h. 33. 1. (-κούρη) Hom. A 98, etc. ἑλίκωψ

Hom. A 389. Adiect. ἕλιξ Hom. Σ 401. Soph. Ai. 367. Theocr. 25. 127, al. Subst. βόστρυχος Aesch. Ch. 166. Ar. Nub. 536. Luc. Deor. d. 2. 2 et seq. De compositione cf. βαθύκομος. Vocabulum ab Aristophane fictum videtur ad exemplum poetarum epicorum, cf. praef. § 8.

ἕλκειν de concitatiore genere saltationis legitur apud Aristophanem in Nub. v. 540: „κόρδαχ' εἵλκυσεν", et Pac. v. 328: „ἓν μὲν οὖν τουτί μ' ἔασον ἑλκύσαι καὶ μηκέτι". Vox pertinet ad dicta in praefat. § 3 θ.

ἑλκετρίβων „qui pallium trahit" est ap. Platonem fr. 124, v. 2; est nomen comice fictum ad deridendum Lacedaemonium quendam. Cf. Aspasius Aristotel. Ethic. Nicom. 4. 7: „ἡ τῶν Λακώνων ἐσθὴς εὐτελῆς ἄγαν ... διὰ ταῦτα καὶ σκώπτουσιν αὐτοὺς οἱ κωμῳδιοποιοί". (Vide praef. § 1 γ). Cf. ἑλκεχίτων Hom. N. 685. ἑλκεσίπεπλος Z 442, etc., ut verbum ἕλκειν de longis vestimentis proprium est, cf. θοἰμάτιον ἕλκειν ap. Archipp. II. 728, χλανίδας ἕλκων Anaxil. III. 345, unde faceta translatione Eupolis II 464 dixit μειράκια ἐν τοῖν σφυροῖν ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

ἐλλιμενίζω „portorium exigo" legitur apud Aristophanem in fr. 455. Apud sequiores verbum significat „in portu esse" vel „in portum venire". (Τὸ) ἐλλιμένιον (portorium) est ap. Eupol. fr. 48. Arist. Oec. 2. 22. Polyb. 31. 7. 12 = τὸ ἐλλιμενικὸν τέλος ap. Plat. Rep. 4. 425 b. Cf. ἐλλιμενιστής (portorii exactor) Dem. 34, 34. Veri simile est verbum ἐλλιμενίζω pertinere ad dicta praef. § 3 θ.

ἐμβάδιον „calceus, solea" legitur apud Aristophanem in Plut. v. 847. 941. Vesp. v. 600: τὸν σφόγγον ἔχων ἐκ τῆς λεκάνης τἀμβάδι' ἡμῶν περικωνεῖ. Deminutivum est vocab. ἐμβάς, quod invenitur Herod. 1. 195.

Aristoph. Vesp. 103. Plut. 759. Is. 5. 11. Plut. Demetr. 41. Luc. Gall. 2. 6. — Cf. praefat. § 7.

ἔμβολος vide s. v. τριέμβολος.

ἐμβρύεια „videntur esse carnes embryorum, foetuum nondum natorum" (H. Steph.); legitur apud Aristophanem in fr. 569, v. 4. Talia in foro venire ut cibum mirandum est, sed oportet meminisci etiam larvis cicadarum vesci consuevisse Athenienses auctore Athen. 133 b, Aristot. H. A. 5. 24 (cf. τέττιγας in eodem fragm.). Ad formam cf. βόειος. Ἔμβρυον legitur Aesch. Eum. 905. Aristot. H. A. 5. 12. Luc. Vit. auct. 26, al. Vocabulum ἐμβρύεια est inter ea de quibus egi praef. § 3 θ.

ἔμμηρος „quod pignori est, quod tamquam obses datur" legitur apud Demetrium (fr. 2.): „Λακεδαιμόνιοί θ' ἡμῶν τὰ τείχη κατέβαλον, καὶ τὰς τριήρεις ἔλαβον ἐμμήρους, ὅπως μηκέτι θαλαττοκρατοῖντο Πελοποννήσιοι". Cf. Hesych. ἐμπήρους· Δημήτριος ἐν Σικελίᾳ. ἔμπηροι οὖν οἱ ἐν ὁμηρείᾳ ὄντες. Etym. m. 335. 17: ἔμμηροι, οἱ ἐπὶ ἐνέχυρα (ἐνεχύρῳ Mein.) διδόμενοι Φιλίας. Δημήτριος ἐν Σικελοῖς. Idem esse videtur quod ὅμηρος apud omnes reliquos scriptores.

ἐμμυεῖν „initio" (in aliqua veste) est apud Aristophanem in Plut. v. 845: μῶν ἐνεμυήθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα; Sic cod. R. Pors. Dobr. Bekk. Dindf. μῶν ἐμυήθης S. T. V. X. μῶν οὖν ἐμυήθης A G. U. W. Y. Z. Δ. H. Θ. Φ. Ω. Meinek. Per se quidem bonum est μῶν οὖν, sed Ravennatis scripturam confirmat quod sequitur ἐνερρίγωσ' (Blayd.) 846: οὔκ, ἀλλ' ἐνερρίγωσ' ἔτη τριακαίδεκα. Simplex μυεῖν passim legi quis nescit? — Cf. praefat. § 5.

ἐμφορβειοῦν „capistrum inicio", φορβειὰν ἐντιθέναι, legitur apud Aristophanem in Av. v. 861: οὕτω κόραξ'

εἶδον ἐμπεφορβειωμένον. Cf. Eustath.: φορβειὰ, ἤγουν τὸ καὶ περιστόμιον καὶ στόμιον. ὅθεν καὶ ὁ παρὰ τῷ κωμικῷ ἐμπεφορβειωμένος. Vide Vesp. 582. Cum verbo ἐμφορβειῶ cf. v. ἐντευτλανῶ Ach. 894. De compositione cf. ἐκκαυλίζω.

ἐναποπατεῖν „ventrem exonero in" legitur apud Aristophanem in Pac. v. 1228, et ap. Polyzelum in fr. 4, v. 4: „λεκανίῳ γὰρ ἐναποπατήσεις, Κλεινία". — Cf. praefat. § 3 θ.

ἐναποτίνω „persolvo in" legitur apud Aristophanem in Av. v. 38: „πόλιν... πᾶσι κοινὴν ἐναποτῖσαι χρήματα." Simplex ἀποτίνω passim legitur. — Cf. praefat. § 5.

ἐνασπιδοῦμαι „clypeo armo" legitur apud Aristophanem in Ach. v. 368: μὰ τὸν Δί' οὐκ ἐνασπιδώσομαι, metaphorice = παρασκευάζομαι, καθοπλίζομαι (Schol. Hesych.). Cf. ὁπλίζομαι ap Eur. Med. 1242. De compositione vide ἐκκαυλίζω. De verbis ad analogiam huius v. formatis cf. ἐγκοισυροῦσθαι.

ἐνγεταυθὶ legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 646. Tales formae adverbiales, ubi particulae γε, μὲν et δὲ interpositae sunt et quae exeunt in ι demonstrativ. frequentes sunt apud comicos et apud eos solos inveniuntur. Leguntur: ἐνγετευθενὶ Av. 11. τουτογὶ Av. 894. Eq. 721. ταυταγὶ Av. 171. 446. 954. Lys. 92. ἐνθενδὶ Lys 429. νυνδὶ Eq. 1357. Plut. 1033. ταυτηνδὶ Av. 1364. τῳδεδὶ Av. 644. τηνδεδὶ Av. 18. Eccl. 989. τασδεδὶ Lys. 1274. τουτοδὶ Plut. 227. νυνμενὶ Av. 448. τουτουμενὶ Ran. 965. ἐνμεντευθενὶ Metagen. fr. 6. v. 5.

ἐνδεκάκλινος videtur esse „undecim lectos longus" apud Teleclidem fr. 44: μόνος ἐκ κεφαλῆς ἐνδεκακλίνου θόρυβον πολὺν ἐξανατέλλει. „Ridetur insolentior Periclei capitis magnitudo". (Kock.). „Cogitari potest de reponendo ἐνδεκαδούρου, formato ad similitudinem adiectivi

Homerici ἑκκαιδεκάδουρος. Ut ut est, latere videtur ingentis mensurae aliqua significatio" (van Herwerden). Ad formam cf. ἑπτάκλινος Xen. Conv. 2. 18. Phryn. com. fr. 66, ubi etiam ἐννεάκλινος, τρίκλινος ap. Polyb. 31. 4. 3, τετράκλινος Luc. Tox. 46. De formatione vide voc. δίμυξος.

ἐνδιαεριαυεριvηχέτους vide ad voc. ἀερονηχής.

ἐνεκπλύνω vide ad voc. ἐνεξεμεῖν.

ἐνεξεμεῖν „evomo in" et ἐνεκπλύνω „abluo in" leguntur ap. Polyzelum in fr. 4: λεκανίῳ γὰρ ἐνεξεμεῖς, ἐνεκπλυνεῖς. Ἐξεμεῖν invenitur apud Hom. Od. 12. 237. Ar. Ach. 586. Plat. Rep. 3. 406 b et seq., ἐκπλύνω ap. Herod. 1. 203. Plat. Rep. 4. 430 a. Ar. Lys. 575. Aristot. H. A. 3. 20. Cf. praefat. § 5. Comp. προεκπλύνω est ap. sequior., προσεξεμεῖν Plut. de cupid. divit. 2. συνεξεμεῖν Arist. H. A. 5. 15.

ἐνθετταλίζομαι „chlamydem Thessalicam induo" legitur apud Eupolin in fr. 201. Stephan. Byz.: ἐντεθετταλίσμεθα τουτέστι χλαμύδα Θετταλικὴν φοροῦμεν ἢ Θετταλικὸν πτερόν. Similiter Poll. 7. 46. Hesych.: ἐντεθετταλίσθαι· ἐγκεχλαμυδῶσθαι. σύνηθες γὰρ Θετταλοῖς χλαμυδοφορεῖν. Simplex θετταλίζω est „Thessalos imitari", λέγεται enim ὡς δωρίζω (Dores imitari) (Steph. Byz.). Secundum Kock. „sine dubio in ambiguitate aliqua verborum Eupolis luserat". Brevitas fragmenti rem diiudicari non sinit.

ἐνθριοῦμαι „involvor ficulneis foliis" legitur apud Aristophanem in Lys. v. 663: τὴν ἐξωμίδ' ἐκδυώμεθ', ὡς οὐκ ἐντεθριῶσθαι πρέπει, metaphorice = ἐντυλίττεσθαι, ἐνσκευάζεσθαι. Schol.: μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ λεγομένου θρίου σκευάσματος, ὃ ἐν σύκου φύλλοις εἰλεῖται. Similia composita vide s. v. ἐγκοισυροῦσθαι. De forma ad voc.

ἐκκαυλίζω (in verbo ἐνθριοῦσθαι autem inest ratio dativi = θρίῳ ἐντυλίττεσθαι). — Cf. praef. § 2. α. 1.

ἐντερεύω „exentero, τὰ ἔντερα ἐξαιρῶ" legitur Archipp. fr. 25, v. 3, scil. λάβρακας, piscium genus. Verba denominativa in -εύω exeuntia varias notiones habent et ad unam eandemque normam revocari non possunt. Cf. v. c. προτενθεύω (Nub. 1200) = antea gustare, προτένθης εἰμί. — μυττωτεύω (Vesp. 63) = concutio alqd. ad pulticulam (μυττωτός). — πιτυλεύω (Vesp. 678) = celeriter remigare (πίτυλος ≑ remorum pulsus). — Vide praefat. § 3 θ.

ἐντερόνεια „interamenta navium, statumina, costae" legitur ap. Aristoph. in Eq. v. 1185: καὶ τί τούτοις χρήσομαι τοῖς ἐντέροις; ἐπίτηδες αὔτ' ἔπεμψέ σοι ἐς τὰς τριήρεις ἐντερόνειαν ἡ θεός cum allusione ad praecedentia „τοῖς ἐντέροις". Schol.: τὰ ἐγκοίλια, τὰ ἀπὸ τῆς τρόπιδος ἀνερχόμενα ξύλα ἐντερόνεια καλεῖται. Cf. voc. ἐντεριώνη et ἐντεριωνίς (medulla plantarum et arborum) ap. Arist. plant. 2. 8. Theophr. Poll.

ἐντευτλανῶ „betis involvo" legitur apud Aristophanem in Ach. v. 894: μηδὲ γὰρ θανών ποτε σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης. Ath. 7. p 300 b: ἤσθιον τὰς ἐγχέλεις καὶ μετὰ τεύτλων ἐντυλίξαντες. Cf. ἐν τεύτλοισι λοχεύεσθαι Pac. 1014, τεύτλοισι συγκαλύπτεσθαι Pherecr. fr. 108 v. 12. Melior est lectio ἐντευτλιῶ a. v. τευτλίον formata, „non liquet enim quomodo deduci possit verbum τευτλανῶ a. v. τεῦτλον" (Blayd.); τευτλίον invenitur Ran. 942, τεῦτλον Pac. 1014. Similia composita vide ad voc. ἐγκοισυροῦσθαι, et de formatione cf. ad voc. ἐκκαυλίζω.

ἐντιλᾶν „incaco" legitur apud Aristophanem in Ach. v. 351: ὁ λάρκος (μοι) ἐνετίλησεν ὥσπερ σηπία. Cf. v. ἐγχέζω:

Vesp. 627. Ran. 479. Eccl. 347. κατατιλᾶν: Av. 1054. 1117. Ran. 366. Eccl. 330. προστιλᾶν: Nub. 411. διατιλᾶν ap. sequiores, simpl. τιλᾶν: Hippon. 40. — Cf. praefat. § 3 η.

ἐντριτωνίζω „tribus aquae portionibus duas vini miscere", cum allusione ad Minervae cognomina Τριτογένεια et Τριτωνίς, legitur Aristoph. Eq. 1189: ἔχε καὶ πιεῖν κεκραμένον τρία καὶ δύο. ὡς ἡδύς, ὦ Ζεῦ, καὶ τὰ τρία φέρων καλῶς. ἡ Τριτογενὴς γὰρ αὐτὸν ἐνετριτώνισε. Schol.: βούλεται δὲ δηλοῦν, ὅτι ἡ Ἀθηνᾶ τοιοῦτον αὐτὸν ἐποίησεν ὡς δύνασθαι τρία μέτρα φέρειν ὕδατος. — Cf. praefat. § 1 γ.

ἐντρυλίζω „in aurem insusurro" legitur apud Aristoph. Thesm. 341: δούλη τινὸς προαγωγὸς οὖσ' ἐνετρύλισεν τῷ δεσπότῃ. Sic Dindf. Mein. Eng. Bergk. ἐνετρύλλισεν libri et Suid. h. v. ἐνεθρύλλισεν Both. ἐνεθρύλισεν Blayd. (Schol.: κατειπεῖν πρὸς), τρυλίζειν de ὀρτύγων voce Poll. 5. 89.

ἐξάλειπτρον „vas unguentarium" legitur apud Aristophanem in Ach. v. 1063: ὕπεχ' ὧδε δεῦρο τοὐξάλειπτρον, ὦ γύναι, i. q. ἀλάβαστρον, μύρου λήκυθος (Schol.). Vocabulum invenitur etiam ap. Poll. 4. 183, ex Antiphane com. 3. 120; verbum ἐξαλείφω est ungo, illino ap. Her. 7. 69. Thuc. 3. 20. Nomina finita terminationibus -τρον et -θρον significant instrumenta, cf. κύκηθρον, τάρακτρον Pac. 654. χείμαστρον fr. 888, alia. — Vide praefat. § 3 θ.

ἐξαλίνδω tropice: „evolvere, evertere" legitur apud Aristophanem in Nub. v. 33: ἀλλ', ὦ μέλ', ἐξήλικας ἐμέ γ' ἐκ τῶν ἐμῶν. Sensu proprio usurpatur de equo deducendo in volutabrum (ἐξαλίστρα, ἀλινδήθρα). Cf. Nub. 32. Xen. Oec. 11. 18. Ἀλίνδεσθαι dicitur de equo

ipso Plut. Pyth. orac. 5. Nic. Th. 156. — Cf. praefat. § 2 α 1.

ἐξαμπρεύω i. q. ἕλκω, traho, legitur apud Aristophanem in Lys. v. 289: χὤπως ποτ' ἐξαμπρεύσομεν τοῦτ' ἄνευ κανθηλίου. Schol.: ἕλξομεν τὸ ξύλον τοῦτο. τὸ τῷ ἕλκοντι ζεύγει βοηθεῖν ἀμπρεύειν λέγεται. Ἀμπρεύω (simplex) invenitur ap. Lycophr. in Alex. p. 104 et alibi ap. eundem, Callim. fr. 234. Derivatur a voc. ἄμπρον = τὸ διῆκον σχοινίον, διαμπερὲς τῶν ζυγῶν δεδεμένον, funis quo boves onera trahunt. — Cf. praef. § 5.

ἐξαμυστίζω „i. q. ἀμυστὶ ἐκπίνειν, hiante ore exhaurire, uno spiritu epotare" (H. Steph.), legitur apud Platonem in fr. 189, v. 4: ἔπειτ' ἄκρατον ἔπινε κἀξημύστισεν. Athen. 11. 783 d.: ἐξαμυστίζω· τὸ ἐφ' ἓν πνεῦμα πίνειν. Simplex ἀμυστίζειν (idem): Eur. Cycl. 562. Plut. Symp. 3. 3. Cf. ἀμυστὶ πίνειν Anacr. 8. 2; 17. 2. Luc. Tox. 45, subst. ἄμυστις (τὸ ἀμυστίζειν) Eur. Rhes. 419, (haustus talis) Cycl. 416. Ar. Ach. 1229. — Cf. praefat. § 5.

ἐξαπατύλλω i. q. ἐξαπατᾶν, sed forma deminutiva, legitur apud Aristophanem in Ach. v. 657. Eq. v. 1144: περιέρχομαι τοὺς οἰομένους φρονεῖν κἄμ' ἐξαπατύλλειν. Vide s. v. βδύλλειν.

ἐξαύω i. q. „ὀπτᾶν (asso, torreo)" legitur apud Platonem in fr 38: ὁ δὲ τὸν ἐγκέφαλόν τις ἐξαύσας καταπίνει. Simplex αὔω (accendo) est ap. Hom. ε 490. Secundum vetera lexica ἐξαῦσαι etiam significare potest ἐξελεῖν. Cf. comp. ἀφαύω Ar. Eq. 394. ἐναύω Hom. Xen. Herod. Dinarch. Polyb. καταύω Alcm. fr. 896. Eust. 1547, 60.

ἐξηπεροπεύω „decipio" legitur apud Aristophanem in Lys. v. 840: τὸν ἔργον ἤδη τοῦτον ὀπτᾶν καὶ στρέφειν

κἀξηπεροπεύειν et etiam compositum *συνηπεροπεύω* „simul decipio" nusquam alibi invenitur nisi Lys. v. 843: *καὶ μὴν ἐγὼ συνηπεροπεύσω σοι.* Simplex *ἠπεροπεύω* legitur Hom. Il. 5. 349, Od. 15. 418, Hesiod. Op. 55, Ap. Rh. 3. 563, etc., subst. *ἠπεροπεύς* Od. 11. 363. Ap. Rh. 3. 617, *ἠπεροπευτής* Il. 3. 39. 13. 769. Mosch. 1. 10. — Cf. praef. § 5.

ἐξιδίω i. q. „*ἐκτιλᾶν*" legitur apud Aristophanem in Av. v. 791: *εἴ τις ὑμῶν τυγχάνει χεζητιῶν οὐκ ἂν ἐξίδισεν ἐς θοἰμάτιον.* Simplex *ἰδίω* est in Ran. v. 237; *ἐξιδίειν* proprie est „exudare". — Cf. praefat. § 3 *η*.

ἐξιπῶ sensu „premendi" (Schol. *θλίβω*), formatum a substantivo *ἶπος* = *ἄχθος* (cf. Pind. Ol. IV. 8), legitur ap. Aristophanem in Lys. v. 291: *ὡς ἐμοῦ γε τὼ ξύλω τὸν ὦμον ἐξιπώκατον.* Significat autem „exprimo, expurgo" ap. Galenum et alios sequiores. Simplex *ἰπῶ* tropica notione etiam usurpatur = „premo": Eq. 924. (Cf. Aesch. Prom. 365, Cratin. fr. 91). — Vide praefat. § 5.

ἐξωμίζω „humeris tenus nudo" legitur apud Aristophanem in Eccl. v. 267: *χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ', ὅμως δὲ χειροτονητέον ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα.* Schol.: *ἄχρι τῶν ὤμων γυμνοῦν.* De compositione cf. *ἐκκαυλίζω.*

ἐπαίρεσθαι apud Aristophanem in Lys. v. 937: *ἔπαιρε σαυτόν. Ἀλλ' ἐπῆρται τουτογί* usurpatur sensu *τοῦ στύεσθαι.* Sic substant. *ἔπαρσις* ap. Aristot. H. A. 6. 18. 13 = *στῦμα*, quod legitur ap. Platon. fr. 173, v. 20. Philoxen. ap. Ath. 5 d. 325 a. Verbum *στύομαι* praeter apud Aristoph. Lys. 152. 598. Av. 1256. Ach. 1220 etc. invenitur etiam ap. Luc. Alex. 11. *Ἐπαίρεσθαι* sensu vulgari tam proprie quam tropice passim invenitur; pertinet igitur ad ea quae notavi praef. § 4.

De eadem re usurpatur etiam verb. *κατατείνω* in Lys. v. 965: *ποῖος δ' ὄρρος ἂν (ἀντίσχοι) κατατεινόμενος*, et *νευροῦσθαι* in Lys. v. 1078: *νενεύρωται μὲν ἥδ' ἡ συμφορὰ δεινῶς*, quorum utrumque alio sensu apud non-comicos invenies. Cf. v. c. Alciphr. 3. 48. Sic *ἐντείνω* de eadem re Aristot. probl. 4. 22. D. Sic. 1. 88; 4. 6.

ἐπαναβάλλεσθαι „super induo" legitur apud Aristoph. in Eccl. v. 276: *θαἰμάτια τἀνδρεῖ' ἐπαναβάλλεσθε.* Schol.: *ἀντὶ τοῦ περιστολίζεσθαι.* Herod. 2. 81 habet adv. *ἐπαναβληδόν.* Ἐπαναβάλλεσθαι aliam habet notionem apud Herod. 1. 91, est scil. „differre" (*ἐπανεβάλετο τὴν Σαρδίων ἅλωσιν*). Simplex *ἀναβάλλεσθαι* (*ἱμάτιον*) invenitur: Vesp. 1132. Plat. Theaet. 175 e. Dem. 19. 251. Luc. Hermot. 18. — Cf. praefat. § 5.

ἐπανακρούεσθαι i. q. „*ἐπανιέναι*, redire" legitur apud Aristophanem in Av. v. 648: *δεῦρ' ἐπανάκρουσαι πάλιν.* Schol.: *ἐπανακάμπτειν· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τὰς ναῦς ἀνακρουομένων.* Apud alios scriptores dicitur *ἀνακρούεσθαι πρύμναν* aut *ἐπὶ πρύμναν*, cf. Herod. 8. 84, et etiam ap. Aristoph. in Vesp. v. 399, aut *πρύμναν κρούεσθαι*: Thuc. 1. 50. Lucian. Ver. Hist. 1. 42. Arrian. Anab. 5. 17. 7, etc. (retro navigare). Subst. *ἀνάκρουσις* Thuc. 7. 36. — Cf. praefat. § 5.

ἐπαναφυσᾶν „inflare (tibias) ad (saltandum)" legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 1175: *ἐπαναφύσα Περσικόν.* Ἀναφυσᾶν eodem fere sensu habet Ath. 8. 351 e, *φυσᾶν* eadem sign. legitur ap. Ar. in Av. v. 859. Soph. fr. 753. Pol. 30. 13. 8. Plut. Alc. 2. — Cf. praefat. § 5.

ἐπανθρακίδες „pisciculi qui super carbonibus assantur" legitur apud Aristoph. in Vesp. v. 1127. Ach. v. 670: *ἡνίκ' ἂν ἐπανθρακίδες ὦσι παρακείμεναι.* Schol.:

λεπτοὶ ἰχθύες ὀπτοί. Eodem sensu legitur *ἀνθρακίδες* apud Aristoph. (fr. 900) et Philyllium (fr. 13): αἶρετ' ἀνθρακίδας, τρίγλη, σαργός etc. — Verbum ἀπανθρακίζω Av. 1546. Ran. 506, ἐπανθρακῶ Poll. 6. 55. Ἐπανθρακίς (singul.) videtur fuisse panis quoddam genus: Ath. 3. 110 a. Cf. voc. τριχίδες. — Vid. praefat. § 3 ζ.

ἐπεγκάπτω est „καταφαγεῖν, ἐπιφαγεῖν „insuper devoro" ap. Ar. Eq. 493: ἔχε νυν, ἐπέγκαψον λαβὼν ταδί. *ἐγκάπτω* „avide comedo" est Ar. Pac. 7. Vesp. 191. Stratt. fr. 25. Alexid. 3. 437. Leon. Tar. 29 (9. 316). Cf. praefat. § 12. Κάπτω eodem sensu Ar. Av. 245. Eccl. 687. Teleclid. fr. 33. Aristoph. fr. 302. 506; κάπτειν proprie adhibetur de animalibus, praesertim de Avibus (vid. vs. 245) respondetque verbis vernaculis h a p p e n et pikken. Cf. etiam ἔγκαφος, ἐγκαψικίδαλος, quod Lucianus Lexiph. 10 e comoedia sumpsisse videtur, πανσικάπη, et vid. praefat. § 5.

ἐπέτειος signif. „mutabilis" apud Aristophanem in Eq. v. 518: ὑμᾶς τε πάλαι διαγιγνώσκων ἐπετείους τὴν φύσιν ὄντας. Schol.: εὐμεταβλήτους, ὀλιγώρους, μὴ διαμένοντας ἐν τοῖς αὐτοῖς ἀλλ' ἀψικόρους. Cf. μετάβουλος Ach. 632. Ἐπέτειος proprie usurpatur de plantis et animalibus, quae non diutius quam per unum annum durant. Theophr. Plant. 4. 6. 4; deinde etiam de aliis rebus Dem. 23. 92; 33. 27. Pol. 6. 46, est: „annuus" ap. Aesch. Ag. 988. Her. 6. 105. Plat. Rep. 5. 470 b. — Cf. praefat. § 2 α 1.

ἐπιβλύξ „affluenter, abunde" legitur apud Pherecratem in fr. 130, v. 4: ποταμοὶ κοχυδοῦντες ἐπιβλύξ. Verbum ἐπιβλύζω (affluo) est ap. Leonidam Alexandrinum 10 (Anth. Pal. IX. 349) = ἐπιβλύω Ap. Rhod. 4. 1238. Etiam simplex βλύζω (βλύω, βλύσσω)

(effluo, abundo) ap. sequior. invenitur. Cf. ὀκλάξ (genibus flexis) Pherecr. fr. 75. Luc. Lex. 11, a verbo ὀκλάζω (genibus flexis subsido) Soph. O. C. 197. Xen. An. 5. 9. 10. Luc. Mort. d. 27. 4, al. ἐναλλάξ (a. v. ἐναλλάττω) ap. divers. script. ἀναμίξ (a. v. ἀναμείγνυμι) ap. Her. 1. 103. Thuc. 3. 107, et sequior. πατάξ, εὑράξ, al., ne dicam de iis, quae de nominibus derivantur, ut ὀδάξ, πύξ, γνύξ similia.

ἐπιβυνῶ „obturo" legitur Ar. Plut. 379: „τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασιν τῶν ῥητόρων". Voc. invenitur etiam ap. Cratin. fr. 186 et ap. sequiores, Luc. Tim. 9, Theophyl. Simoc. Ep. 17, Procop. 2. 19, qui vocabulum fortasse e comoedia sumpserunt. Cf. praefat. § 12. Simplex βυνῶ eadem notione Herod. 6. 125. Hegesipp. com. 4. 480, al. Compositum igitur pertinet ad vocabula notata praef. § 5.

ἐπιδειπνεῖν „cenam secundariam agere" legitur Ar. Eccl. 1178. Eq. 1140: „τούτων ὃς ἂν ᾖ παχὺς θύσας ἐπιδειπνεῖς". Praeterea voc. usus est Alex. III. 494. Significat autem „ceno in, ad cenandum utor" ap. Artemid. I. 74. p. 103. 4. Cf. Nub. 421: θυμβρεπιδείπνου. Subst. ἐπίδειπνον est Ath. 14. 664 e. Philo. ἐπιδειπνεῖν est decompositum ab eo quod est ἐπίδειπνον (s. ἐπιδειπνίς). Cf. praef. § 3 θ. Conferri potest voc. περίδειπνον (epulum funebre) Dem. 18. 288. Menand. 4. 179. Anaxipp. 4. 460. Hegesipp. 4. 479. Plut. quaest. Rom. 95. Luc. de luct. 24.

ἐπιδιαρρήγνυμι „post, insuper disrumpo" legitur apud Aristophanem in Eq. v. 701: κᾆτ' ἐκροφήσας αὐτὸς ἐπιδιαρραγῶ. Διαρρήγνυμι sic (passive) usurpatur ap. Xen. Cyr. 8. 2. 11. Dem. 18. 87. Luc. Tim. 40. Cf. διαρραγείης Ar. Av. 2. Plut. 279 etc. Compositum ἐπι-

διαρρήγνυμι ab Aristophane est occasione invitante fictum, ut exprimeret τὸ ἐπὶ τῷ ἐκπίνειν διαρραγῆναι. — Cf. praef. § 1 β.

ἐπιθαυμάζω „donis honoro, praemium do" legitur apud Aristoph. in Nub. v. 1147: χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον. Schol. ἀντὶ τοῦ δώροις τιμᾶν. Eadem notione usurpatur v. τιμᾶν ap. Xen. Rep. Lac. 15. 4. Plat. Legg. 12. 933 d. Theophr. Char. 15. Ἐπιθαυμάζω significatione admirandi invenitur apud Plut. Marc. 30; est igitur in eorum vocabulorum numero, de quibus vide praefat. § 2 β.

ἐπικοκκάστρια Schol. explicat: „εἰωθυῖα γελᾶν, γελάστρια". Photius p. 416. 16: περιεκόκκασα = περιεγέλασα. (Cf. Equit. 697). H. Stephanus explicat: „cavillatrix". Interpres aliquis apud Suidam: ἐπικαχάστρια explic. secund. Dindorf. Legitur vox apud Aristophanem in Thesm. v. 1059: Ἠχώ, λόγων ἀντῳδὸς ἐπικοκκάστρια. „Vocabulo usus est poeta comicus ad Euripidem irridendum, qui, ut annotat schol., imaginem, quae est iocosa, κακοστένακτον introduxit". (Enger). Schol.: ἐπεὶ εἰσήγαγε κακοστένακτον τὴν Ἠχὼ ὁ Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ, εἰς τοῦτο παίζει. — Cf. praefat § 1 γ, et § 8.

ἐπικρούομαι (med.) sensu τοῦ „νουθετεῖν" legitur apud Aristophanem in fr. 448. Poll. 9. 139: Ἀριστοφάνης τῷ ἐπικρούσασθαι ἐπὶ τοῦ νουθετῆσαι κέχρηται. Ἐπικρούω (act.) est „ferire" Aesch. Ag. 196. Ar. Thesm. 1004. Plut. Pomp. 58, al. Verbum igitur pertinet ad tractata praefat. § 2 β.

ἐπιξανθίζω „flavum reddo" legitur apud Pherecratem in fr. 108, v. 16: „πλευρὰ δελφάκει' ἐπεξανθισμένα" i. e. „desuper tosta, ut flavum colorem prae se ferant"

(Kock.). Simplex ξανθίζω de eadem re ap. Ar. Ach. 1047, Ael. V. H 9. 9 et al. sequior. — Cf. praefat. § 5.

ἐπιπακτοῦν „obserare s. claudere (fores)" legitur apud Aristophanem in fr. 721: τὰς θύρας. Simplex πακτοῦν (idem) legitur Lys. 265, et ap. Archil. (Poll. 10. 27). Soph. Ai. 576. Verbum ἐπιπακτοῦν pertinet ad ea vocabula quae vide praefat. § 5. Comp. ἐμπακτοῦν est ap. Herod. 2. 96. Eodem pertinet etiam voc. ἐπίπταισμα ap. Aristoph. fr. 773, quod est „offensio pedis, cum pes in offensione laeditur", cf. Poll. 2. 199: τὰ δὲ ὑπὲρ τοὺς δακτύλους κρούματα πταίσματα, ἃ Ἀριστοφ. ἐπιπταίσματα καλεῖ. Hesych. ἐπίπταισμα· πρόσκομμα. Cf. Ath. 3. 97 f; πταῖσμα Theogn. 1226. Her. 7. 149. Dem. 2. 9. Aesch. 3. 164. al. (metaphorice).

ἐπίπταισμα vide s. v. ἐπιπακτοῦν.

ἐπιρρύζειν „instigare, incitare, immittere" legitur Ar. Vesp. 705. Hesych.: ἐπιρρύζειν κύνας· ἐπαφιέναι κα παρορμᾶν. Proprie igitur de canibus, in loco autem Aristophaneo de homine usurpatur; ῥύζειν secundum Poll. 5. 86 est φωνὴ κυνῶν καὶ ἱεράκων, cf. 5. 89. Eodem quo ἐπιρρύζειν sensu comicus Vesp. 704 adhibuit verbum ἐπισίττειν (-σίζειν), unde ἐπίσιγμα apud Sophoclem. Locus Vesparum est: „κᾆθ', ὅταν οὗτός σ' ἐπισίξῃ ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τιν' ἐπιρρύξας, ἀγρίως αὐτοῖς ἐπιπηδᾷς". ἐπισίξῃ S. V. Bergk. Dind. Mein. Cobet. ἐπισίζῃ B. C. R. vulg.

ἐπισίττειν vid. ἐπιρρύζειν.

ἐπισμῶ „illino, affrico" legitur apud Aristophanem in Thesm. v. 389: τί γὰρ οὗτος ἡμῖν οὐκ ἐπισμῇ τῶν κακῶν; (Schol.: ἐπιχρίει. Hesych: ἐπιτρίβει) et apud Cratinum (fr. 90). Idem est ἐπισμήχω Opp. Cyn. 1. 500. Simplex σμάω est ap. Her. 9. 110. — Cf. prae-

fat. § 5; praeterea comici metaphoricam voci notionem addiderunt, scil. affricandi alicui vitia. Compos. ἀποσμάω est ap. sequiores. διασμάω Herod. 2. 37. ἐκσμάω ibid. 3. 148.

ἐπιτραπεζώματα sunt „τὰ ἐπιτιθέμενα τῇ τραπέζῃ βρώματα" apud Platonem in fr. 74, secundum Ath. 14. 641 b eadem quae τὰ ἐπιφορήματα (mensa secunda, τραγήματα ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Hesych.), quod vocabulum legitur ap. Herod. 1. 133, Luc. Lex. 8. Simplex τραπέζωμα habet Eustath., verb. τραπεζοῦν (= τῇ τραπέζῃ ἐπιτιθέναι) Soph. fr. 541. (ἐπιτραπεζοῦν non legitur). — Cf. praefat. § 5.

ἐπιχάρτης i. q. „ἐπιχαίρων" est ap. Philonidem fr. 11. Poll. 3. 101: Φιλωνίδης δὲ τὸν ἐπιχαίροντα ἐπιχάρτην εἴρηκε. Utrum ἐπιχάρτης hic dictum sit de „laetando alienis malis" an solum de „gaudendo aliqua re", e brevi fragmento certo quidem scire non possumus, sed illud tamen ob vulgarem usum (= ἐπιχαιρεκακεῖν) longe est probabilius. De forma cf. βαβάκτης. Verb. ἐπιχαίρω est Ar. Th. 314. Pac. 1015. Dem. 9. 61. Ap. Rh. 4. 55. Soph. Ai. 136, scribens σὲ δ' εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρει, a sollemni huius compositi usu descivit.

ἐπιχέζω „incaco s. caco super" legitur apud Aristophanem in Lys. v. 440. 441. Eccl. v. 640. Alia composita vide s. v. ἐγχέζω. — Cf. praef. § 3 η.

ἐπίχυτος „genus quoddam placentae" legitur apud Nicophont. in fr. 15. Etym. m. 367, 22: ἐπίχυτος, ὁ ἔγχυτος πλακοῦς. Hesych. ἐπίχυτος· εἶδος πέμματος. Cf. praefat. § 3 ζ; ἐπίχυτος proprie est adi. verb. (verbi ἐπιχέω) ad quod subst. πλακοῦς cogitandum est.

ἐποποῖ est vox upupae, quae legitur apud Aristophanem in Av. v. 58. 59. 60. Cf. etiam ἐποποποποπο-

ποποποποποποῖ ib. v. 227. Tales avium voces sunt etiam τοροτίξ, κικκαβαῦ, τιοτίγξ aliae, quas vide s. v. τιό. — Cf. praefat. § 6.

ἔποχος vide s. v. ἱππικός.

ἑπταβόειος metaphorice usurpatur = „μέγας, impenetrabilis, infractus" apud Aristophanem in Ran. v. 1017: πνέοντας .... πήληκας καὶ κνημῖδας καὶ θυμοὺς ἑπταβοείους. Proprie est ἐπίθετον τῆς ἀσπίδος τοῦ Αἴαντος = septemplex, ἑπτάπτυχος apud Hom. in Iliade (Η 219), cf. ἑπτάβοιος, forma contracta Attica ap. Soph. in Ai. v. 576. Aristophanes igitur imitatus est vocabulum Homericum, quod autem non propria notione usurpavit, sed translata. Cf. praefat. § 8 et Blaydesii annotation. critic. ad h. l., qui perverse statuit non convenire voci θυμός epithetum ἑπταβόειος et ineptum esse θυμοὺς post πήληκας, κνημῖδας etc., quare proponit ῥινούς, prave confundens tragicae et comicae artis proprietates.

ἐργολήπτης „qui opus faciendum suscipit, manceps", legitur apud Teleclidem in fr. 56; idem est quod ἐργολάβος (Plat. Rep. 2. 373 c. Plut. Pericl. 31 et seq.); cf. verb. ἐργολαβεῖν Xen. Mem. 3. 1. 2. Dem. 24. 161. Aesch. 1. 173 et sequior., subst. ἐργολαβία Isocr. 5. 25. D. Sic. 2. 29. De compositione vide voc. ἀγριοποιός.

ἐρέβινθος pro „membro virili" usurp. Ar. Ach. 801. Ran. 545. Eccl. 45; proprie est „cicer"; Hom. Ν 589. Plat. Rep. 2. 372 c. Ar. Pac. 1136 etc. Cf. praef. § 2 β, 3 η, 8. Sic etiam subst. αὐχήν ad membrum virile alludere putant Bergler, Enger, Blaydes, dubitante Herwerdeno, in Lys. v. 681: ἐς τετρημένον ξύλον ἐγκαθαρμόσαι τουτονὶ τὸν αὐχένα, cuius sensus vul-

garis notissimus est; certior res est in vocabulo *κέρκος* Thesm. 239. Ach 785: *κέρκον οὐκ ἔχει*, vide etiam Herodae mimiamb. V. 43, alibi, quod est „cauda" Aristoph. (alibi). Plato Aristot. Plut. Sic *κριθή* „membr. virile" Pac 965: *οὐκ ἔστιν οὐδεὶς ὅστις οὐ κριθὴν ἔχει*, = hordeum Hom. Aesch. Herod. Plat. etc.; *σχοινίον* = *πέος* Vesp. v. 1342. 1343: *Φυλάττου ὡς σαπρὸν τὸ σχοινίον*, = funis Ach. 22. Pind. fr. 124. Her. 1. 26 etc. Cf. *κωλῆ* Nub. 976. 1006. De propria vi Schol. Plut. 1128.

ἐρεβοδιφᾶν „Orci tenebras scrutari" legitur ap. Aristoph. Nub. 192: *οὗτοι δ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον*. Vocabulum imitatus est Theophylact. Epist. 24. Vide praef. § 12. Cf. *μηχανοδίφης* Pac. 793. *πραγματοδίφης* Av. 1424. *δικοδίφης* Luc. Lex. 9. Simpl. *διφᾶν* Hom. Il. 16. 747. Hes. O. 347. Theophr. Char. 11. 2. De verbo *ἐρεβοδιφᾶν* vid. praef. § 1 γ.

ἐρείδειν: Schol. ad Pac. 25: *ἐρείδειν δέ φασιν οἱ Ἀττικοὶ πᾶν ὁτιοῦν συντόνως γινόμενον.* Photius: *ἐρείδειν: τὸ ἐσθίειν σφοδρῶς* (cf. Pac. l. l.) *ἢ ἄλλο τι ἐνεργεῖν συντόνως*, Hinc de coitu adhibetur Eccl. 616: *ἴασιν ἐπὶ τὴν ὡραιοτάτην αὐτῶν καὶ ζητήσουσιν ἐρείδειν.* Cf. Th. 488. fr. 695, de convitiando Eq. 627. Nub. 558 1375, de multis deinceps versibus a choro cantatis Ran. 914.

ἐριοπωλικῶς „more eorum qui lanam vendunt", i. e· dolose, quoniam illi lanam humectant, ut pondus augeant,. legitur apud Aristophanem in Ran. v. 1386: *ἐριοπωλικῶς ὑγρὸν ποιήσας τοὔπος ὥσπερ τἄρια.* Schol.: *ὡς οἱ τὰ ἔρια πωλοῦντες βρέχουσιν αὐτά, ἵνα βαρύνωσιν ἐν τῷ σταθμῷ.* Ἐριοπώλης est Poll. 7. 28. 196, *ἐριοπωλεῖν* ibidem. — Cf. praefat. § 10 β.

ἑρμῆς „pro ultimo potu, quem Mercurio ut somni

praesidi libabant a coena surgentes" (H. Steph.) usurpat Strattis in fr. 22: Ἑρμῆς ὃν ἕλκουσ' οἱ μὲν ἐκ προχοιδίου. Ath. 1. 32 b: ἑρμῆς δ' εἶδος πόσεως παρὰ Στράττιδι. Photius: ἑρμῆς· πόσεως εἶδος· ὡς ἀγαθοῦ δαίμονος καὶ Διὸς σωτῆρος. Similia Hesych. Potum illum bibere est „ἑρμῆν ἕλκειν". — Cf. praefat. § 3 θ.

ἐρυθρόπους vide ad voc. ἐλεᾶς.

ἐσκαλαμᾶσθαι „intro sursum trahere" (Blayd.) legitur apud Aristophanem in Vesp. v. 381: ζητητόν μ' ἐσκαλαμᾶσθαι κἀνάσπαστον ποιεῖν εἴσω B. C. V, ἐνκαλαμᾶσθαι R., et ἐκκαλαμᾶσθαι „avello" ibidem v. 609: ἅμα τῇ γλώττῃ τὸ τριώβολον ἐκκαλαμᾶται. Schol.: ἐσκαλαμᾶσθαι ἀντὶ τοῦ ἀνιμᾶν, ὡς οἱ τοῖς καλάμοις τοὺς ἰχθύας ἀνέλκοντες. ἐκκαλαμᾶσθαι ἀποσπᾶν, ἀπὸ τῶν διὰ καλάμου τοὺς ἰχθύας ἀγρευόντων. Καλαμᾶσθαι sensu spicas colligendi legitur apud Plut. apophth. reg. Antigon. p. 105 (σταχυλογεῖν V. L. L., ubi etiam de vino dictum est).

ἐσχάρα vide ad voc. δέλτα.

ἐσχάριον „foculus" legitur apud Aristophanem in fr. 516. Idem est ἀνθράκιον ap. Alex. 3. 443 et ἐσχαρίς Aristoph. fr. 777. Alex. 3. 498. Plut. Poplic. 17 et seq. Apud sequiores ἐσχάριον significat „fulcrum", cf. Polyb. 9. 41. 4. D. Sic. 20. 91. Vocabulum est demin. vocis ἐσχάρα, quae saepius legitur; vide praefat. § 7.

ἑτερεγκεφαλᾶν „desipere, παραφρονεῖν" (Poll. 2. 42. Hesych.) legitur apud Aristophanem in fr. 778. Cf. Bekk. Anecd. 37. 18 ἑτερεγκεφαλεῖν· τὸ ἐγκέφαλον ἕτερον καὶ μὴ τὸν κατὰ φύσιν ἔχειν. ἢ ἐπειδὴ ὁ ἐγκέφαλος διμερής ἐστιν τὸ μὴ ὁλόκληρον ἔχειν τὸν ἐγκέφαλον, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ. Subst. ἐγκέφαλος Hom. Γ. 300. ι 458. Plat. Phaed. 96 b. Hipp. mai. 292 d. Ar. Nub. 1276. Dem. 7. 45, al. — Vide praefat. § 1 γ. De compositione cf. βαρυ-

δαιμονεῖν. In ἑτερεγκεφαλᾶν inest ἑτέρωθι. Simul verbum est denominativum in -ᾶν (= -ιᾶν), quod morbum animi vel corporis exprimit.

ἐτνήρυσις „tudicula s. cochlear quo τὸ ἔτνος ex olla expromimus" legitur ap. Aristophan. in Ach. v. 245: ἀνάδος τὴν ἐτνήρυσιν ἵν' ἔτνος καταχέω τοὐλατῆρος et fr. 779. Schol. ἐν ᾗ τὸ ἔτνος ἀρύονται. Cf. v. οἰνήρυσις Ach. 1067 et ζωμήρυσις Anthol. VI 101. — Vide praefat. § 3 ζ. Cf. etiam ἐτνοδόνος τορύνη in Anthol. Pal. (VI. 305. 306); ἔτνος saepius legitur ap. Aristoph., ap. Plat. Hipp. mai. 290 d et sequent. — De forma vide ἀγριοποιός.

εὐερία proprie est „status eius, qui pulchra lana vestitus est" et deinde usurpatur pro „vita omnibus bonis affluente" apud Platonem in fr. 169: τοσοῦτον εὐερίας ἀπολέλαυχ' Ὑπέρβολος, ὥστε ἀθλιώτατός ἐστι. Adi. εὔερος est ap. Soph. Tr. 672. Ar. Av. 121. Cratin. fr. 175. De formatione cf. ἀγαλαξία. — Vide praefat. § 2 α 1.

εὔπτερος „nobilis, superbus" usurpatur ab Aristophane in Nub. v. 800: ἔστιν ἐκ γυναικῶν εὐπτέρων. Schol.: ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὀρνέων, τῶν μετεώρων καὶ ὑπερηφάνων. ἢ εὐπτέρων τῶν τιμίων καὶ εὐγενῶν. Εὔπτερος signif. proprie „bene alatus" apud Soph. O. R. 175. Eur. Ion. 1023. Arist. H. A. 1. 1. — Vide praefat. § 2 α 1. Cf. εὐπτέρυγος (proprie) Opp. C. 3. 125. Ad formam: κακόπτερος Arist. H. A. 9. 22. κυανόπτερος Hes. Sc. 393. Eur. Andr. 862. μελανόπτερος Eur. Hec. 698. Ar. Av. 695. μακρόπτερος Aristot. part. an. 1. 4. ποικιλόπτερος Eur. Hipp. 1270, similia.

εὐρὰξ πατάξ legitur apud Aristophanem in Av. v. 1258: „οὐκ ἀποσοβήσεις; οὐ ταχέως; εὐρὰξ πατάξ. Signi-

ficationem habet adhortationis abeundi et imitatur sonum vel strepitum τῆς μυίοσόβης (cf. Eq. 59.). Ad formam: βαβαιάξ, ἰατταταιάξ, παππάξ, βομβάξ, πάξ similia. — Vide praefat. § 6.

εὑρησιεπής in malam partem = „verbosus, loquax" legitur apud Aristophanem in Nub. v. 447: ψευδῶν συγκολλητής, εὑρησιεπής. In bonam partem „sollers in inveniendis verbis et carminibus" vocabulo usus est Pindarus (Ol. 9. 80). Vide praefat. § 8. Ad formam cf. εὑρεσίκακος, εὑρεσίλογος, εὑρεσίτεχνος. Cum -επής composita sunt etiam vocabula εὐεπής Xen., D. Hal., Antip. Thessalonic. ἡδυεπής Hom. Pind. Anthol. καλλιεπής Ar. Thesm. 49. 60. Epigr. adesp. 497, alia.

εὐριπιδαριστοφανίζω „euripidisso et aristophanisso" (H. Steph.) est ap. Cratin. fr. 307, v. 2: τίς δὲ σύ; κομψός τις ἔροιτο θεατής. ὑπολεπτολόγος, γνωμιδιώκτης, εὐριπιδαριστοφανίζων. Significat „imitari tam Euripidem quam Aristophanem". De formatione cf. βακίζω. — Vide praef. § 1.

εὐρύπρωκτος „qui est lato podice, cinaedus" legitur apud Aristophanem in Nub. v. 1084. 1085. 1090. 1092. 1094. 1099. Ach. 716. Thesm. 200: καὶ μὴν σύ γ', ὦ κατάπυγον, εὐρύπρωκτος εἶ. Subst. *εὐρυπρωκτία* Vesp. 1070. Ach. 843. Idem est *χαυνόπρωκτος* Ach. 104, 106: χαυνοπρώκτους τοὺς Ἰάονας λέγει, et *λακκόπρωκτος* Nub. 1330. Cephisodor. fr. 3, v. 4. Subst. *λακκοπρωκτία* legitur ap. Eupolin in fr. 351, v. 4: πολλήν γε λακκοπρωκτίαν ἡμῖν ἐπίστασ' εὑρών. Cf. *λακκόπεδον* = „scrotum" ap. Aristagoram in fr. 6. Sic λακκοσχέας (cui ὄσχεος, scrotum, est quasi λάκκος) Luc. Lex. 12. De compositione vocabulorum εὐρύ- et χαυνόπρωκτος cf. βαθύκομος. In voce λακκόπρωκτος inter mem-

bra comparatio quaedam intercedit; vocab. est comice fictum sicut etiam *λακκόπεδον*, quod pro *ὀρχίπεδον* positum est.

εὐρυτέρως compar. adverb. legitur apud Aristophanem in Lys. v. 419 (= „latius"): *τοῦτο χάλασον, ὅπως ἂν εὐρυτέρως ἔχῃ*. Tales comparativi formae et alibi inveniuntur. Cf. *ποθεινοτέρως* Xen. Rep. Lac. 2. 7. *ὑγιεινοτέρως* Symp. 43. *ἀθυμοτέρως* Isocr. p. 65 a. *εὐλαβεστέρως* Eur. I. T. 1375, similia multa. — Vide praefat. § 10 γ.

εὔστρα est „ἡ τῶν συῶν φλογίστρα, fossa in qua sues amburuntur" ap. Aristoph. Eq. 1236: „*ἐν ταῖσιν εὔστραις κονδύλοις ἡρμοττόμην*". Schol.: *εὔστρα γὰρ τὸ μαδιστήριον ἀπὸ τοῦ εὔειν καὶ φλογίζειν τοὺς χοίρους*. Cf. etiam Poll. VI. 91. Secundum V. L. L. significat etiam „spicam hordeï tostam". Verb. *εὔω* est ap. Hom. et Hesiod. *ἀφεύω* Aesch. fr. 320. Ar. Eccl. 13. Thesm. 216. 236 et melior lectio apud Suidam Pac. 1144 pro *ἄφαυε*, quod habent libri meliores. Usus est etiam Simonides in iambis 22. Praetera cf. praef. § 3 θ.

ἐφετίνδα vide s. v. *κυνητίνδα*.

ἐφιππάζομαι sensu τοῦ „*καταδραμεῖν*, verbis (in aliquem) invehi" legitur apud Cratinum in fr. 358: *ἐφιππάσασθαι λόγοις*. Est proprie: „equo vehor" ap. Luc. D. Mar. 6. 2., obscoenum habet notionem apud Artemid. 1. 79. — Cf. praefat. § 2 β. Simplex *ἱππάζομαι* modo proprie significatione legitur, sc. Hom. Ψ. 426. Her. 4. 114. Ar. Nub. 15. Plat. Ion. 540 d. al.

ἔχων participium apud comicos saepe *πλεοναστικῶς* additur verbis *διατρίβειν*, *ληρεῖν*, *φλυαρεῖν*, *παίζειν*, *κοικύλλειν*, sicut ap. Aristoph. Nub. 131. 509. Eccl. 853. 1151. Thesm. 852. Av. 341. 524. Lys. 945. Ran.

202. 512. 524: *οὐ μὴ φλυαρήσεις ἔχων, ὦ Ξανθία.* Cratin. 2. 125. (Etiam ap. Eubul. 3. 254). Hunc usum e lingua vulgari sumptum sequitur etiam Plato; cf. Phaedr. 236 e. Euthyd. 224 e, 295 c, Gorg. 299 b, 301 f, 490 e; etiam extat exemplum ap. Theocrit. 14. 8, et Lucian. Icar. 24 comoediam etiam in hac re imitatus est.

Z.

Ζήλας vinum peregrinum (apud Thraces), **legitur** apud Eupol. fr. 355: *ταὐτὸν ποιεῖ τό τ' Ἀττικὸν τῷ ζῆλα συγκεραννύς*. Choerobosc. Bekk. Anecd. 1187. **Herodian.** 2. 666, 23 Lentz.: *ὁ ζήλας, τοῦ ζῆλα (οὕτω δὲ λέγεται κατὰ Θρᾷκας ὁ οἶνος)*. Hesych. citat formam *ζίλαι*. „Quid Eupolin commoverit ut vinum hic peregrino civibusque suis ignoto vocabulo nominaret nescimus" (Kock.). — Cf. praefat. § 3 *ζ*.

ζυγόν signif.: „calceamenti corrigia" apud **Aristophanem** in Lys. v. 417: *τὸ δακτυλίδιον τοῦ ποδὸς τοῦ τῆς γυναικός μου πιέζει τὸ ζυγόν*. „Lorum erat digitos pedis constringens" (Blayd.). Poll. 7. 81: *ζυγὸν δὲ τοῦ σανδαλίου τὸ τοὺς δακτύλους συνέχον*. Schol.: *ζυγὸς δὲ καλεῖται ὁ περικείμενος τοῖς γυναικείοις σανδαλίοις ἱμὰς κατὰ τοὺς δακτύλους*. Is igitur masculinum reddit vocabulum, similiter Photius p. 55. 5. Notae sunt reliquae significationes vocabuli *ζυγόν*. — Cf. praefat. § 3 *θ*.

ζυγοποιός „qui iuga facit" legitur apud **Pherecratem** fr. 130. v. 1: *τίς ἔσθ' ἡμῖν τῶν ζυγοποιῶν ἔτι χρεία*; Verbum *ζυγοποιεῖν* extat apud Aristophanem fr. 449, ubi cf. Kockii annotationem. Cf. **praefat.** § 3 *β*; *ζυγοποιός* est compositum obiectivum, *ζυγοποιεῖν* verbum decompositum.

ζυγωθρίζω = „examino, perpendo, *ζύγωθρον* enim est iugum librae" (Blayd. Kock.). Voc. est ap. **Aristoph.**

in Nub. v. 745: κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν κίνησον αὖθις αὐτό τε ζυγώθρισον. Schol. Brunck.: σκόπησον, μελέτησον. Pollux 10. 26 aliam significationem dat: „τὸ ζυγώθρισον ἐπὶ τοῦ κλεῖσον εἰώθασι τάττειν, qui igitur vocabulum derivare videtur a significatione vocis ζύγωθρον quae est „vectis qui valvas coniungit" = ζύγωμα ap. Polyb. 7. 16. 5.

ζωμεύματα = „κρεάδια ἐζωμευμένα", iocose pro „ὑποζώματα, cingula, quibus latera navium continentur" (Blayd.), legitur apud Aristophanem in Eq. v. 279: τουτονὶ τὸν ἄνδρ' ἐγὼ φήμ' ἐξάγειν ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ζωμεύματα. Ζωμεύω „cum iusculo coquo" legitur ap. Hippocr. et Aristoph. fr. 591: τὰ κρεάδι' ἧψες ἐζωμευμένα, ζωμοποιῶ explicat Bekk. Anecd. 38. 31; cf. voc. ζωμίδιον. Vide praefat. § 3 ζ.

ζωμεύω vide s. v. ζώμευμα.

ζωμίδιον „iusculum" legitur apud Aristophanem in Nub. v. 389: χὤσπερ βροντὴ τὸ ζωμίδιον παταγεῖ καὶ δεινὰ κέκραγεν. Cf. ea quae dicta sunt s. v. ζωμεύματα. Deminutivum est vocab. ζωμός, quod vide. — Vide praefat. § 7.

ζωμός apud Aristophanem in Pac. v. 885: τὸν ζωμὸν αὐτῆς προσπεσὼν ἐκλάψεται obscoene usurpatur = ἡ ἀπόπτυστος δρόσος, quae locutio apud eundem in Equit. v. 1285 invenitur, ubi schol. addit: τὴν τῶν αἰδοίων. Haec vocabula sunt inter ea, de quibus egi praefat. § 4, ζωμόν enim Blaydes. interpretatur per „ius culinarium", ad quam significationem cf. Equit. 1174, 360. Plat. Lys. 209 d. Ath. 12. 516 d, etc. Δρόσος autem est „liquor, humor" Aesch. Ag. 1363. Pind. Ol. 7. 2. Eur. Hipp. 127. Ar. Ran. 1339 etc.

H.

Ἦ ἤ interiectio movendo animi attentionem inservit apud Aristophanem in Nub. v. 105: ἤ ἤ, σιώπα· μηδὲν εἴπῃς νήπιον vulg., ἢ ἤ X. ἠή Dind. ἦἢ Bo.; cf. praef. § 6.

ἡβυλλιᾶν Schol.: „ἀκμάζειν τὴν ἡλικίαν", legitur apud Aristophanem in Ran. v. 516 et apud Pherecratem fr. 108, v. 29: κόραι ἀρτίως ἡβυλλιῶσαι τὰ ῥόδα καὶ κεκαρμέναι. Verbum est deminutivum (formatum a verbo ἡβᾶν), de quibus vide ad verb. βδύλλω.

ἡδυλογεῖν „loquor quae iucunda sunt et grata, ad placitum loquor, adulor, χαριτογλωσσῶ" (Steph.) legitur apud Phrynichum in fr. 3, v. 4: εἶθ' ἡδυλογοῦσιν ἅπασιν ἀεὶ κατὰ τὴν ἀγορὰν περιόντες. Adi. ἡδυλόγος invenitur: Eur. Hec. 131. Nicarch. 38 (VII. 159). Pind. Ol. 6. 96, subst. ἡδυλογία Ath. 4. 164. f; ἡδυλογεῖν est verbum decompositum. — Cf. praefat. § 3 θ.

ἡδυόνειρος „suavia et iucunda afferens somnia" legitur apud Hermippum in fr. 63 v. 16: ἡ Ῥόδος ἀσταφίδας παρέχει τε καὶ ἰσχάδας ἡδυονείρους. Praeterea cf. ἡδύοινος (vinum dulce ferens) Xen. An. 5. 4. 6. ἡδύοσμος (odorem dulcem ferens) Ammian. 20 (XI. 413). ἡδύφωνος (vocem dulc. habens) Poll. 2. 111. De compositione vide s. v. βαθύκομος.

ἡδυσμάτιον „condimentum" legitur apud Teleclidem in fr. 1 v. 11: λεκανίσκαισιν δ' ἀνάπαιστα παρῆν ἡδυσμα-

τίοις κατάπαστα. Deminutivum est vocis ἥδυσμα (Ar. Vesp. 496. Eq. 678. Plat. Rep. 1. 332 d. Xen. Mem. 3. 14. 5); vide praef. § 7. Vocabulum est inter ea, quae ficta sunt ad molliter et suaviter aliquid exprimendum (ὑποκοριστικά).

ἠλιθιάζω „stulte agere" legitur apud Aristophanem in Eq. v. 1124: ἐγὼ δ' ἑκὼν ταῦτ' ἠλιθιάζω. Schol. ἀναισθητῶ, προσποιοῦμαι ἠλίθιος εἶναι, ἢ ἀντὶ τοῦ ἀνοηταίνω. Verb. ἠλιθιοῦν (Schol. εἰς ἀναισθησίαν ἄγειν) legitur ap. Aesch. Prom. 1063. De formatione cf. s. v. βαρβιτίζειν.

ἡλιομανής „solis ardoribus inflammatus" legitur apud Aristophanem in Av. v. 1096: ὁ θεσπέσιος ὀξὺ μέλος ἀχέτας θάλπεσι μεσημβρινοῖς ἡλιομανὴς βοᾷ (Suid. Dind. cett.), ὑφηλιομανὴς R. Schol.: τέρπεται γὰρ καὶ ἐπιμαίνεται τῷ ἡλίῳ ὁ τέττιξ. Cf. δοριμανὴς Eur. Suppl. 485, θυρσομανὴς Phoen. 792, γυναιμανὴς Hom. Il. 3. 39, χρυσομανὴς Agath. 3 (V. 302.), δοξομανὴς Ath. 11. 464 d., ibidem ὀρνιθομανής. — λακωνομανεῖν Ar. Av. 1281, ὀρνιθομανεῖν Av. 1284. 1290, γυναικομανεῖν Thesm. 576. De compositione cf. ἀναγχιππεῖν.

ἡλίσκος „claviculus, parvus clavus" legitur apud Aristophanem in fr. 314. Polluc. 10. 188: ἥλους οἱ πολλοί, καὶ ἡλίσκους οἱ κωμῳδοὶ λέγουσιν. Phot.: ἡλίσκος· ὁ μικρὸς ἧλος. Est igitur deminutivum vocis ἧλος. — Cf. praefat. § 7.

ἠλύγη „caligo" legitur apud Aristophanem in Ach. v. 684: οὐχ ὁρῶντες οὐδὲν εἰ μὴ τῆς δίκης τὴν ἠλύγην. Hesych.: ἠλύγη· σκιά, καὶ ἐπηλυγισμός· ἐπισκιασμός, σκότος. Schol.: ἠλύγη τὸ σκότος καὶ ἠλυγισμένον τὸ ἐσκοτισμένον. Inde verbum ἐπηλυγάζειν „obumbrare" = ἐπισκοτίζειν. Thuc. 6. 36. Plat. Lys. 207 b. Ael. H. A. 1. 41. Cf. ἐφῆλυξ adi. Eur. Cycl. 680.

κατωφαγᾶς Ar. Av. 288 et 289: ἔστι γὰρ κατωφαγᾶς τις ἄλλος ἢ Κλεώνυμος; est nomen avis comice fictum, „avis quae devorat omnia" (καταφαγεῖν = devorare); illuditur Cleonymi πολυφαγία. Κατω- ideo posuit poeta, ut audientes perciperent vocem: σκατοφαγᾶς (qui stercus edit), cf. σκατοφάγος Plut. 706. Epicharm. ap. Ath. 7. 321 d, et cum allusione ad καταφαγᾶς (gulosus, helluo) ap. Aeschyl. fr. 352 et Menandr. 4. 197. Cf. nomina avium ἀτταγᾶς Av. 249. Ael. H. A. 4. 42, πελεκᾶς, ἐλεᾶς, ἐλασᾶς Av. 883—886. Aristot. H. A. 9. 10, similia. — Vide praefat. § 9.

καυλίζω i. e. „hastili instruo" (sc. λόγχας s. κάμακας) legitur Aristoph. fr. 404: λόγχαι δ' ἐκαυλίζοντο καὶ ξυστὴ κάμαξ. Subst. καυλός (Hesych.: τὸ ἄκρον δόρατος, τὸ ἀπωξυμμένον εἰς ὃ ἐμβιβάζεται τὸ κοῖλον τοῦ δόρατος) est Hom. Il. 13. 162. Xen. Cyn. 10. 3. — De formatione cf. ἀνθρακίζω.

καῦνος vide ad voc. διακαυνιάζω.

κεβλήπυρις nomen avis cuiusdam legitur Ar. Av. 303. Videtur caput huius avis igneum habuisse colorem, κέβλη enim est i. q. κεφαλή, cf. Callim. fr. 140. Schol. Nic. Al. 433, ubi κεβλήγονος („semina in capite ferens" de papavere). — Vide praefat. § 3 α. Sic ὑποθυμίς est avis ignota Aristoph. Av. 302, ita dicta quod sub thymo (ὑπὸ θύμῳ) degat (Blayd.), et etiam φλέξις Av. 884.

κέκραγμα „clamor, vociferatio" legitur Ar. Pac. 637: τήνδε μὲν δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασιν. Sic vulg., καὶ τραύμασι Reisk., καὶ κράγμασι coni. Bergk.,

κεκραγότες coni. Blayd. Similem vocem κεκραγμός Atticis pro κραυγή tribuit Moeris p. 226. Cf. Eur. I. A. 1357. Plut. Symp. 3. 6. 4, voc. κεκράκτης et κεκραξιδάμας. — De formatione vide βωμολόχευμα.

κεκράκτης „vociferator" legitur Ar. Eq. 137: ἅρπαξ, κεκράκτης, Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων. (καὶ κράκτης R., κεκράτης A). Vocabulum e comoedia sumpsisse videntur Plut. Mor. 804 C et Lucian. Iup. trag. 33. — Cf. praefat. § 12. Ceterum vide κεκραξιδάμας. De formatione cf. βαβάκτης. In Eq. 304 codd. B. C. R. V. Θ etiam κεκράκτης dant, scil.: ὦ μιαρὲ καὶ βδελυρὲ καὶ κέκρακτα, ubi καὶ κρᾶκτα Meinek., καὶ κατακεκρᾶκτα Herm. Dindf. Blayd.

κεκραξιδάμας „qui cum clamore aliquem domat", legitur Ar. Vesp. 596: αὐτὸς δὲ Κλέων ὁ κεκραξιδάμας μόνον ἡμᾶς οὐ περιτρώγει. Cf. κεκράκτης s. v., κραγέτης Pind. N. 3. 78. De compositione vide ἀναγχιππεῖν (ὁ τῷ κεκραγένχι δαμῶν). Ceterum cf. κέκραγμα.

κέλης Ar. Lys. v. 60: ἀλλ' ἐκεῖναί γ' οἶδ' ὅτι ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασ' ὄρθριαι ambiguo sensu usurpatur. Proprie enim est „parvum navigium", ut ap. Her. 8. 94. Thuc. 4. 9, al., dein etiam „equus celer", ut ap. Hom. Od. 5. 371. Plat. Lys. 205 c. Plut. Alex. 3, alios, et inde „Ἀφροδίτης τρόπος", ut etiam Pac. 900: ἵνα δὴ κέλης κέλητα παρακελητιεῖ, cuius meminit Horat. Serm. 2. 7. 49 verbis: „agitare equum supinum". Verbum κελητίζειν de eodem schemate obscoeno legitur Vesp. 501 et Thesm. 153: οὐκοῦν κελητίζεις, ὅταν Φαίδραν ποιῇς; et παρακελητίζειν in Pac. v. 900 (cf. supra), quod proprie est: „celete equo alicui a latere equito" (H. Steph.). — Vide praefat. § 4.

κελητίζειν vide ad voc. κέλης.

κενταυρικῶς dictum est pro „insolenter, ferociter" (Blayd.) Ar. Ran. v. 38: τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; ὡς κενταυρικῶς ἐνήλαθ' ὅστις. Schol.: ἀντὶ τοῦ ἀκόσμως καὶ ὑβριστικῶς, ὅτι καὶ οἱ Κένταυροι ὑβρισταί. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ μαλακῶς· εἰρωνεύεται γὰρ ὁ Ἡρακλῆς· ὁ γὰρ Διόνυσος μαλακὸς καὶ τρυφηλός. — Cf. praefat. § 10 α.

κένταυρος vide ad voc. δέλτα.

κεραυνοβρόντης „fulminator tonans" de Iove dicitur Ar. Pac. 376: ὦ Ζεῦ κεραυνοβρόντα. Cf. μεγαβρόντης Vesp. 323, κεραύνειος (Ζεὺς) Bianor 13 (VII. 49), κεραύνιος (Ζεὺς) Aristot. mund. 7, κεραυνοβόλες Luc. Philopatr. 24, κεραυνομάχης Meleager 38 (XII. 110), κεραυνοῦχος (Ζεὺς) Philo, κεραυνοφόρος Plut. Alcib. 16, βροντησικέραυνος Nub. 265. — Vide praefat § 1 α.

κεραυνοπλήξ „fulmine ictus" legitur Alcaeus fr. 2: ἢ νεκρός, κατάχωλε, θᾶττον ἢ κεραυνοπλὴξ ἔσει (Kock.). Idem significant κεραυνόβολος D. Sic. 1. 13, κεραυνόβλητος ap. sequior., κεραυνοβλής Theophr., κεραύνιος Eur. Suppl. 512. Soph. Ant. 1126. — Ad formam: ὀρθοπλήξ Ar. fr. 43, οἰνοπλήξ Antip. Sid. 29 (IX. 323), οἰστροπλήξ Aesch. Prom. 684. Soph. El. 5, ἀπλήξ Luc. Amor. 54, similia. De compositione cf. s. v. ἀναγχιππεῖν.

κέρκος vide ad voc. ἐρέβινθος.

κεροβάτας „cornipes" dicitur Πάν Ar. Ran. v. 230: ἐμὲ γὰρ ἔστερξαν μὲν εὔλυροί τε Μοῦσαι καὶ κεροβάτας Πάν. Schol.: ἐπειδὴ χηλὰς ἔχειν δοκεῖ τράγου. διὸ καὶ αἰγοβάταν καὶ τραγοβάμονα λέγουσιν. Αἰγιβάτης dicitur Pan Nicarch. 9 (VI. 31). Theocr. 5 (IX. 433), αἰγομελής Orph. H. 10. 5, αἰγόνυξ Epigramm. adesp. 263, αἰγίπους Hom. h. 2., τραγόπους Simonid. fr. 134. Κεροβάτας est adiectivum determinativum, in quo alterum membrum a priore accuratius definitur et determinatur.

κερουτιᾶν „cornua erigere" legitur Ar. Eq. 1344: *τούτοις ὁπότε χρήσαιτο τοῖς προοιμίοις, ἀνωρτάλιζες κἀκερουτίας*, metaphorice de Demo superbiente. Hesych. *κερουτιᾶν· γαυριᾶν. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ὑψαυχενούντων ταύρων.* Schol.: *τὴν κεφαλὴν ἀνατείνειν δίκην τῶν κερατοφόρων ζώων. δηλοῖ δὲ τὸ γαυριᾶν.* Cf. *ὑψαυχενεῖν* Plut. fort. Rom. 12. Ael. H. A. 4. 29, *ὑψαυχεῖν* Phocyl. 56. Soph. B. A. 68, *κέρατα φύειν* Luc. Dial. mort. 1. 2. Photius habet subst. *κερουτιασμός* = superbia.

κεφάλαιον „capitulus" (i. e. radix, bulbus) legitur Nub. 981: *οὐδ' ἂν ἑλέσθαι δειπνοῦντ' ἐξῆν κεφάλαιον τῆς ῥαφανῖδος*, cf. Blayd. annot. crit., et de capite piscis usurpatur Callias fr. 3, v. 1: *κίθαρος ὀπτὸς καὶ βατὶς θύννου τε κεφάλαιον τοδί.* Deminutivum est vocab. *κεφαλή*, quod hoc sensu invenitur Ar. Plut. 718, Vesp. 679, Theophr., Pol. 12. 6. 6; idem est *κεφαλίς* Luc. dial. mer. 14. 3; *κεφάλιον* de capite piscis: Plut. Symp. 2. 7. 1. *Κέφαλος* = piscis cum magno capite Aristot H. A. 5. 11. Adi. *κεφαλωτός* = bulbo praeditus Ath. 11. 371 e (Theophr.). — Cf. praefat. § 3 *θ*, § 2 *β*; de aliis signific. vide lexica.

κεφαληγερέτας „qui capita colligit" legitur Cratin. fr. 240: *μέγιστον τίκτετον τύραννον, ὃν δὴ κεφαληγερέταν θεοὶ καλέουσιν*, de Pericle = „capito"; de magno Periclis capite cf. etiam ad voc. *ἑνδεκάκλινος*. „*Κεφαληγερέταν* ridicule forma praesertim dorica Homeri *νεφεληγερέτῃ* substituit" (Kock.), cf. Hom. A. 511. *α* 63. De formatione ad voc. *ἀγριοποιός*. — Vide praefat. § 8.

κεφαλῆσι Ar. Av. 476 dictum est cum allusione ad pagum Atticae, cui nomen *Κεφαλή*: „*ὑπ' ἀμηχανίας τὸν πατέρ' αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι.* ΕΤ. *ὁ πατὴρ ἄρα τῆς κορυδοῦ νυνὶ κεῖται τεθνεὼς Κεφαλῆσιν.* Dictum

igitur pro Κεφαλῆι. Schol.: προσέπαιξε τὸν δῆμον. Κεφαλὴ γὰρ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. — Cf. praefat. § 9. Huc pertinet etiam Ὀρνεαῖς dictum pro ὀρνέοις Av. 399: φήσομεν πρὸς τοὺς στρατηγοὺς ἀποθανεῖν ἐν Ὀρνεαῖς. Orneae nomen est urbis inter Corinthum et Sicyonem sitae, de qua cf. Strab. p. 586.

κηθάριον „fiscella iudicialis" legitur Ar. Vesp. 674: ὡς ἥσθηνται τὸν μὲν σύρφακα τὸν ἄλλον ἐκ κηθαρίου λαγαριζόμενον, i. q. κημός v. 99. Deminutivum est vocab. κήθιον, quod legitur Hermipp. fr. 27. Schol.: κηθάρια, ἐξ ὧν τοὺς κύβους ἠφίεσαν sive ἀγγεῖον πλεκτὸν, εἰς ὃ τὰς ψήφους καθιᾶσι τὸ κήθιον.... καὶ πρὸς τὴν τῶν κύβων παιδιὰν ὁμοίως ἐχρῶντο κηθίῳ βάλλοντες ἐξ αὐτοῦ. Poll. 10. 150 invenitur et κηθίδιον, et κηθίς ibid. 7. 203. — Cf. praefat. § 7.

κήθιον vide s. v. κηθάριον.

κηρύκαινα „praeco femina", „praeconissa" (Blayd.), legitur Ar. Eccl. 713: λαβοῦσα κηρύκαιναν εὔφωνόν τινα. Cf. μαγείραινα Pherecr. fr. 64, ἀλεκτρύαινα Nub. 666, ἰχθυοπώλαινα Pherecr. fr. 64, similia. — Vide praefat. § 1 γ.

κηρωτή „cerussa, fucus" legitur Aristoph. fr. 320, v. 1: ξυρόν, κάτοπτρον, ψαλίδα, κηρωτήν, λίτρον. Ach. 1176 κηρωτή est cera quaedam ad vulnus sanandum, et sic etiam ap. medicos et sequiores, i. q. τὸ κηρωτόν, κήρωμα, κηρωτάριον (Hippocr. Diosc.). — Cf. praefat. § 2 β.

κῆχος i. q. δήπου legitur Pherecrat. fr. 165 et Aristoph. fr. 656: A. ποῖ κῆχος; B. εὐθὺ Σικελίας. Atticis tribuit Moeris. „Cf. Cramer. An. Ox. I. 344, 27: κῆχος· δηλοῖ δὲ τὸ δήπου· συντάσσεται αὐτῷ τῷ (τὸ) ποῖ". (Kock.). Idem Etym. m. 682. 52. In duobus illis fragmentis voc. iungitur cum v. ποῖ.

κιγκλοβάτας „qui incedit instar cincli (avis quae continuo motu pennas, quas in cauda habet, quassat)" (H. Steph.) legitur Aristoph. fr. 140: λορδοῦ κιγκλοβάταν ῥυθμόν. Κίγκλος (avis) invenitur Ar. fr. 29. Aristot. H. A. 8. 3; 9. 12. Ael. H. A. 12. 9: κινεῖ δὲ ὁ κίγκλος καὶ τὰ οὐραῖα πτερά. Phot. κίγκλος· ὄρνεον τὴν ὀσφὺν πολλὰ κινοῦν· ὅ τινες σεισοπυγίδα καλοῦσιν. Cf. κιγκλίζω „huc illuc movere", et deinde „mutare" Theogn. 303, subst. κίγκλισις Galen., κιγκλισμός Hippocr., διακιγκλίζω (= simpl.) Ar. fr. 29. Hippocr. — Vide praefat. § 1 γ.

κιλλίβας „tripos clypei" legitur Ar. Ach. 1122: τοὺς κιλλίβαντας οἶσε, παῖ, τῆς ἀσπίδος, sic B. vulg., σκιλλίβαντας R, κυλλίβαντας A. Schol.: τρισκελῆ ἐστί τινα ξύλα ἐφ' ὧν τιθέασι τὰς ἀσπίδας. Poll. 10. 146 voc. nominat inter σκεύη στρατιωτικά. Est etiam instrumentum pictorum, ἐφ' οὗ οἱ πίνακες ἐρείδονται, ὅταν γράφωνται (Poll. 7. 129), et praeterea βάσις καὶ ὑπόθεμα τραπέζης (Hesych.). Cf. v. ὀκρίβας, quod idem signif. (Poll. l. l.) et etiam est „λογεῖον theatri" Plat. Conv. 194 b. Luc. Ner. 9, „cothurnus" Phot. Philostr. V. Apoll. 5. 9. — Vide praefat. § 3 θ.

κιναβρᾶν „hircum olere" legitur Ar. Plut. 294: προβατίων καὶ αἰγῶν κιναβρώντων μέλη (δυσοσμίαν ἀποπέμπειν ἀπὸ τῶν μασχαλῶν). Cf. subst. κινάβρα Luc. bis accus. 10. D. mort. 10. 9, κινάβρευμα Hesych. Verbum est denominativum in -άω quae, ut verba in -ιάω, saepius morbum animi vel corporis significant. — Vide praefat. § 3 η.

κιναχύρα „cribri species" παρὰ τὸ κινεῖν ἄχυρα, legitur Ar. Eccl. 730: χώρει σὺ δεῦρ', ἡ κιναχύρα, καλὴ καλῶς. Ἄχυρα, plur., est Her. 4. 72. Ar. Ach. 508.

etc. De compositione cf. ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 3 θ.

κιστίς „vas in quo edulia reponuntur" legitur Ar. Ach. 1137: τὸ δεῖπνον, ὦ παῖ, δῆσον ἐκ τῆς κιστίδος. Deminutivum est vocab. κίστη. Cf. κλινίς a. v. κλίνη, τηθίς a. v. τήθη. Demin. κιστίδιον legitur Artem. 1. 3. — Vide praefat. § 7.

κιττᾶν metaphorice usurpatur = „cupio, desidero" Ar. Vesp. 349 et Pac. 497: ὑμεῖς μὲν οὖν οἱ κιττῶντες τῆς εἰρήνης σπᾶτ' ἀνδρείως. Schol.: ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κυουσῶν γυναικῶν. ἐπιθυμεῖν. Proprie usurpatur ap. Arist. H. A. 7. 4 (cf. Ath. 9. 372 a.), Musonium Stob. 17. 43. — Vide praefat. § 2. α. 1.

κιχλισμός „cachinnus" legitur Ar. Nub. 1073: παίδων, γυναικῶν, κοττάβων, ὄψων, πότων, κιχλισμῶν vulg. et schol., καχασμῶν R Herm. Dind. Mein. Suidas: ὁ ἔκχυτος γέλως. Clem. Alexandr. Paed. II. 5: γέλως δέ ἐστι πορνικὸς, ἐπὶ γυναικῶν· ἐπὶ ἀνδρῶν καχασμός. Etym. m. πορνικὸς γέλως, πολὺς καὶ ἄκοσμος. Verbum κιχλίζω Nub. 983. Macedonius 7 (V. 235). Theocr. 11. 78. Cf. καχάζω Anacr. 31. 29. Ar. Eccl. 849. Theocr. 5. 142. Poll. 6. 199 dat καγχάζω et καγχασμός (apud sequiores). „Glossema videtur καχασμῶν (lectio codicis Ravenn.)" (Blayd.). De formatione cf. ἀδωνιασμός.

κλαστάζω proprie est „pampinare, sarmenta amputare" (Photius κλαστάσαι· κλάσαι et κλᾶν ἄμπελον· τὸ τέμνειν); metaphorice usus est Ar. Eq. 166 = „frango, deminuere superbiam et auctoritatem alicuius": στρατηγοὺς κλαστάσεις, δήσεις, φυλάξεις ἐν πρυτανείῳ λαικάσεις. Notione propria apud sequiores conservatum est, sicut etiam κλάω = κλαδεύω Hippocr., Artemid. 1. 51, Clem. Al., al. Cf. subst. κλάσις (Theophrast.), κλάστης (Hesych.

ἀμπελουργός) = κλάδευσις et κλαδευτήρ, κλαστήριον· τὸ δρέπανον ᾧ κλαδεύουσι (Schol.) = κλαδευτήριον (Hesych.). — Vide praefat. § 2. α. 1.

κλαυσιᾶν de strepitu ianuae usurpatur Ar. Plut. 1099: ἀλλὰ δῆτα τὸ θύριον φθεγγόμενον ἄλλως κλαυσιᾷ. Suidas: κλαυσιᾶν· κυρίως τὸ ἠχεῖν αὐτοματὶ τὸ θύριον. Eodem sensu τρίζειν de strepitu ianuae ap. Nilum de octo vitiis c. 6. Cf. ἔβραχε (καλὰ θύρετρα) Od. Φ. 49, ψοφεῖν Eur. Herc. 78. Lys. 1. 14; κλαυσιᾶν apud Poll. 2. 64 est τὸ κλαῦσαι θέλειν, i. q. κλαυσείω.

κλαυσίμαχος Ar. Pac. 1293: ἀνδρὸς βουλομάχου καὶ κλαυσιμάχου τινὸς υἱός H. Stephanus interpretatur: „fleturus, quia pace restituta iam belligerare non poterit"; Blaydes pro κλαυσόμενος positum vocabulum dicit, quare etiam κλαυσομένου proponit. Cf. κλαυσίδειπνος ap. sequior., κλαυσίγελως Xen. Hell. 7. 2. 9. De compositione s. v. βορβοροτάραξις. Vocab. est comice fictum, cum allusione etiam ad nomen Lamachi, sicut etiam voc. βουλόμαχος, quod vide.

κλεπτίστατος superlativus comice fictus vocabuli κλέπτης legitur Ar. Plut. 27: „πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον". Comicum hoc vocabulo imitati sunt Aristot. physiogn. 2. 15, Alciphr. III. 20 et Sext. Empiric. pyrrh. 3. 215. Vide praefat. § 12. Cf. ποτίστατος, πλεονεκτίστατος, ὀψοφαγίστατος similia.

κληρωτήριον „urna, in qua sortiebantur iudices in quo foro iudicarent" (Blayd.) legitur Ar. Eccl. 681: τὰ δὲ κληρωτήρια ποῖ τρέψεις; Polluc. 10. 61: κληρωτήριον: εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ τόπου ἔοικεν εἰρῆσθαι τοὔνομα ἐν τῷ Γήρᾳ Ἀριστοφάνους (fragm. 146), ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀγγείου ἂν ἁρμόσειεν: ibi igitur significatio incerta est. Conferendus est etiam Schoemann. de sortit. iudi-

cum p. 27. De loco sortitionis *κληρωτήριον* usurpatur B. A. 47. Plut. an seni 18.

κλητήρ „asinus onerarius" est Vesp. 189: *ὥστ' ἔμοιγ' ἰνδάλλεται ὁμοιότατος κλητῆρος εἶναι πωλίῳ*, et 1310; significat etiam „citatorem" et „testem". Hesych.: *κλητῆρες δι' ὧν εἰς τὰς δίκας προκαλοῦνται.* Tim. Lex. *κλητῆρες· οἱ εἰς μαρτυρίαν κλητοί.* Cf. Av. 147. 1422. Vesp. 1408. Plat. Legg. 8. 846 b. Dem. 34. 13. *Κανθήλιος* (asin. onerar.) est Plat. Gorg. 299 b. Luc. Pseudol. 3, *κάνθων* (idem) Vesp. 179. — Vide praefat. § 3 *α*.

κλιμακίζω vide ad voc. *διακλιμακίζω*.

κλινίς „lectulus" legitur Ar. Thesm. 261 et Cratin. fr. 137: *οἱ δ' ἀλυσκάζουσιν ὑπὸ ταῖς κλινίσιν.* Deminutivum est vocab. *κλίνη*, quod saepius invenitur. Cf. *κλινάριον*, *κλινίδιον*, et *κλιντήριον*, „lectulus, sellula, in qua reclivi cervice recumbi potest" (H. Steph.), quod legitur Aristoph. fr. 266: *τί ὦ πονηρέ μ' ἐξορίζεις (ἐκκορίζεις) ὥσπερεὶ κλιντήριον;* Deminut. est vocab. *κλιντήρ*, quod invenitur Od. 18. 189. Theocr. 2. 86. Luc. Conv. 44; *κλιντηρίδιον* est ap. Phot. 171. 12. — Vide praefat. § 7.

κλιντήριον vide sub voce *κλινίς*.

κνῦμα „pulsatio portae" legitur Ar. Eccl 36: *ἤκουσά τοι ὑποδουμένη τὸ κνῦμά σου τῶν δακτύλων.* Suidas: *ὁ ἠρεμαῖος κνησμός.* Verbum *κνύω* legitur Thesm 481: *οὗτος πόθῳ μου 'κνυεν ἐλθὼν τὴν θύραν.* Photius: *ξύειν, κνήθειν.* Schol.: *ξύειν ἠρέμα.* Cf. *κνύζω* Etym. m. 523. 3, etiam = *κνύω*. Vide etiam v. *θρυγανῶ*. *Κνύω* pertinet ad verba, quae sunt formae secundariae, ita ut *ἀδαχῶ* (Ar. fr. 410) est alia forma pro *ἀδαξάω* ap. Hippocr.

κνύω vide s. v. *κνῦμα*.

κοάξ imitatio vocis ranae passim legitur Ar. Ran. a. v. 209 usque ad v. 268, v. c. 226: *ἀλλ' ἐξόλοισθ'*

αὐτῷ κοάξ, v. 239 autem comice de crepitu podicis: χὠ πρωκτὸς ἰδίει πάλαι, κᾆτ' αὐτίκ' ἐγκύψας ἐρεῖ· βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. — Cf. praef. § 6.

κόβαλα vide s. v. κοβαλικεύομαι.

κοβαλίκευμα vide s. v. κοβαλικεύομαι.

κοβαλικεύομαι „ludificare aliquem" legitur Ar. Eq. 270: εἶδες οἷ' ὑπέρχεται ὡσπερεὶ γέροντας ὑμᾶς καὶ κοβαλικεύεται (Schol. ἀπατᾶν) et substantiv. κοβαλίκευμα Eq. 332, κόβαλα „ioci dolosi" Eq. 417 et = „κακοῦργα καὶ ἀνελεύθερα" Ran. 104: καὶ μὴν κόβαλά γ' ἐστιν, ὡς καὶ σοὶ δοκεῖ. Phot. p. 175. 13 habet voc. κοβαλεία = ἡ προσποίητος μετὰ ἀπάτης παιδιά. Cf. Dinarch. ap. Harpocr. et B. A. 190. 272. Verb. κοβαλεύω habent vetera lexica, κόβαλος est Ran. 1015. Eq. 450. Plut. 279. Aristot. H. A. 8. 12 et alibi. Κόβαλοι proprie = δαίμονές τινες σκληροὶ περὶ τὸν Διόνυσον. Cf. βωμολόχευμα Eq. 902. Pac. 748, πονήρευμα Dem. 25, 60. D. Hal. 6. 84, τεράτευμα Lys. 762, νεανίευμα Plat. Rep. 3. 390 a. Luc. Hermotim. 33.

κογχυλίας (sc. λίθος) „lapis durus et in se habens κογχυλίου τύπους (conchae formas impressas)" legitur Aristoph. fr. 193. Apud Xen. Anab. 3. 4. 10 et Philostr. p. 71 vocatur κογχυλιάτης, apud Pausaniam 1. 44. 6 κογχίτης. Κογχύλιον (concha) est ap. Her. 2. 12. Sophr. ap. Ath. 3. 86 e. Aristot. H. A. 5. 15, κογχύλη ap. sequior. Cf. etiam κογχυλιώδης (λίθος) ap. Strab. I. 49. 50. De formatione ad βαδισματίας. Λυχνίας (λίθος) est Platon. fr. 146; λυχνίτης (λίθος) est ap. Plat. Eryx. 400 a, Diosc. et al. sequior., λυχναῖος (λίθος) ap. Photium.

κοΐ vox porcellorum legitur apud Ar. Ach. 780. 800. 801. 802. 803, et verbum κοΐζω 746: ὅπως δὲ γρυ-

λιξεῖτε καὶ κοΐξετε. Hesych.: τὰ χοιρίδια μιμητικῶς λέγεται. De formatione cf. s. v. βρύλλω. — Vide praefat. § 6.

κοικύλλω „circumspicio" legitur Aristoph. Thesm. 852: τί αὖ σὺ κυρκανᾷς; τί κοικύλλεις ἔχων; Suid.: κοικύλλειν· περιβλέπειν ἢ κακοτεχνεῖν. Hesych.: περιβλέπειν· κύλα γὰρ τὰ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν. Verbum derivant reduplicatione a. v. κύλλειν, et id a voc. κύλα, i. e. ὑπώπια (pars subiacens oculis), ita ut μοιμύλλω a. v. μύλλω — μύλη (μύλλω = labra comprimo). Cf. κοικυλίων (stultus, stupidus) Ael. V. H. 13. 15.

κοιλιοδαίμων Eupolis fr. 172 τοὺς κόλακας κέκληκε (Ath. 3. 100 b.); „eandem vocem non indicato auctore attulit 3. 97 c". (Kock.). Cf. κοιλιόδουλος et κοιλιομανία ap. sequiores; ceterum vide s. v. τρυγοδαίμονες. Vocab. κοιλιοδαίμων imitatus est Clemens Alexandrinus. Vide praefat. § 12.

κοιλιοπώλης „qui ventres vendit" legitur Ar. Eq. 200: κοιλιοπώλῃσιν δὲ θεὸς μέγα κῦδος ὀπάζει. Usurpatum est pro ἀλλαντοπώλης, quod vide.

κοιμίζω „extinguo" (scil. τὸν λύχνον) legitur Nicophont. fr. 7, et de eadem re compositum κατακοιμίζω Phrynich. fr. 24: ἔπειτ' ἐπειδὰν τὸν λύχνον κατακοιμίσῃ. Poll. 7. 178: καὶ τὸ κατασβέσαι τὸν λύχνον, ὅπερ οἱ νῦν, κατακοιμίσαι Φρύνιχος εἴρηκεν κ. τ. λ. Κοιμίζω est „sopio" Eur. Rhes. 825. Soph. Ai. 819; sed in Anthol. XII. 19 etc., Plat. Rep 9. 691 b, Xen. Conv. 2. 24 notio est „lenio, mitigo". Sic κατακοιμίζω est „sopio" Plat. Legg. 7. 790 d, „dormiendo consumo" Xen. Mem. 2. 1. 30. Ael H. N. 1. 15. – Cf. praefat. § 2. α. 1.

κοινοθυλακεῖν„ „communi sacco utor" (H. Steph.), „τὸ ἐν ὁδῷ κοινωνεῖν σιτίων καὶ τραπέζης καὶ καταγωγῆς καὶ τῶν τοιῶνδε" (Bekk. Anecd. 47, 7) legitur Aristoph.

fr. 797. Cf. θύλακος ap. Her. 3. 46. Ar. Plut. 763. Plat. Theaet. 161 a, etc., κοινοβουλεῖν Xen. Lac. 13. 1, κοινοεργεῖν ap. sequior. — Vide praefat. § 1 α.

Κόκκυ, vox cuculi, legitur Ar. Av. 505: ὁπόθ' ὁ κόκκυξ εἴποι κόκκυ, 507, Ran. 1384. Κοκκύζειν est verbum de voce cuculi Hes. Op. 484, comici autem etiam verbum usurpant de voce galli gallinacei. Bekk. Anecd. 21. 24: ᾄδειν ἀλεκτρυόνας ἀττικῶς· τὸ δὲ κοκκύζειν κωμικοὶ λέγουσιν, cf. Eccl. 31. Cratin. 2. 186. Plat. 2. 687. Diph. 4. 407. Aristot. H. A. 9. 49. Luc. Gall. 14. Cum autem gallus et cuculus incitare solent ad laborem, κόκκυ est adhortatio ad cito et εὐκαίρως laborandum. Etym. m.: κόκκυ· Ἀττικοὶ τὸ ταχύ. Praeterea vide praefat. § 6.

κολετρᾶν „proculco" legitur Ar. Nub. 552: τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα. Schol.: ἀντὶ τοῦ κατὰ κόλου τύπτουσιν. ἀντὶ τοῦ καταπατοῦσιν, ἀπὸ τῶν τὰς ἐλαίας καταπατούντων. οἱ δὲ τὸ ἐνάλλεσθαι τῇ κοιλίᾳ καὶ τύπτειν ἐς τὴν γαστέρα. κόλον γὰρ τὸ παχὺ ἔντερον. — Cf. praefat. § 3 ε.

κόλλαβος vide ad voc. κολλύρα.

κολλικοφάγος „vorator panis rotundi" legitur Ar. Ach. 872: ὦ χαῖρε κολλικοφάγε Βοιωτίδιον. Schol.: κόλλιξ· εἶδος ἄρτου περιφεροῦς. Erotianus p. 202: κόλλικες· ἀρτίσκων εἶδος, ὡς πλακούντων. Ephippus 1 loquitur de Θετταλίᾳ κολλικοφάγῳ. Κολλίκιοι ἄρτοι Athen. 3. 112 f = κολλίκια (subst. plur.) ap sequior. Cf. κόλλαβος. De compositione ad ἀγριοποιός.

κολλομελεῖν „carmina conglutino et concinno" legitur Ar. Thesm. 54: τὰ δὲ τορνεύει, τὰ δὲ κολλομελεῖ, καὶ γνωμοτυπεῖ κἀντονομάζει. Cf. κολλᾶν „glutino" Pind. N. 7. 78. Plat. Tim. 82 d. Plut. Symp. 1. 2. 6, κόλλα

Herod. 2. 86. Aristot. Meteor. 4. 4. Verbum positum videtur pro μελοκολλᾶν vel simile quid (= μέλη κολλᾶν), cf. μελοποιεῖν Ath. 14. 632 c, μελοτυπεῖν Aesch. Ag. 1124, μελουργεῖν schol. Theocr. 9. 7 et sequiores.

κολλοπεύω „homo exoletus sum" legitur Platon. fr. 186, v. 5: κεκολλόπευκας· τοιγαροῦν ῥήτωρ ἔσει. „Κόλλοπες Eubul. Eustath. 1915, 17. Diphil. 43, 22 figurate dicuntur ἀνδρόγυνοι, homines exoleti, pathici. Eustath. 1915, 17: κόλλοπα καλοῦσι τὸν περιτρέχοντα καὶ ἑταιροῦντα" (Kock.). Cf. κολλοποδιώκτης Suid. — Vide ad vocab. ἐντερεύω.

κολλύρα „panis species" legitur Ar. Pac. 123 et fr. 413: καὶ κολλύραν τοῖσι περῶσιν διὰ τοὺν Μαραθῶνι τροπαῖον, ita ut κόλλιξ Hipponax, Nicoph. fr. 15, Ephipp. 3. 322, demin. κολλύριον ap. sequior., κολλυρίς et κολλυρίτης LXX. Voc. cognatum videtur κόλλαβος = μικρὸς ἀρτίσκος, ἐοικὼς τὴν πλάσιν τοῖς κολλάβοις τῆς κιθάρας, Ar. Pac. 1196. Ran. 507. fragm. 497 et 506 vs. 5, et Philyll. fr. 4, v. 2: αὐτὸς Φέρων πάρειμι γαλακτοχρῶτας κολλάβους θερμούς. Vocabulum significat etiam „verticillum lyrae" schol. Plat. Rep. 7. p. 375. Luc. D. d. 7. 4. — Vide praefat. § 3 ζ.

κολοίαρχος „graculorum praefectus" legitur Av. 1212: πρὸς τοὺς κολοιάρχους προσῆλθες. Vocabulum est comice fictum ad analogiam voc. ἵππαρχος, simil. Cf. ὀρνίθαρχος 1215. De compositione ad βδελλολάρυγξ. Sensus nequam latebit, si in voc. κολοίαρχος inest allusio ad voc. κολέαρχος (a κολεός = vagina) aut ad voc. κωλέαρχος (a κωλῆ) (cf. Meinek. fr. com. 4. 640), sed voc. κολοίαρχος etiam sine notione obscoena iam satis risum movebit.

κολόκυμα „unda mutilata s. cava" legitur Eq. 692: καὶ μὴν ὁ Παφλαγὼν οὑτοσὶ προσέρχεται ὠθῶν κολόκυμα.

Schol.: *τὸ κολοβὸν κῦμα, ὅπερ τυφλὸν διὰ τὸ μὴ καχλάζειν λέγουσιν.* Compositum est e voc. *κόλος* (= *κολοβός*, mutilatus) et *κῦμα*; cf. ad voc. *ἀβελτεροκόκκυξ*. Κόλος est Il. 16. 117. Herod. 4. 29. Theocr. 8. 49.

κολοκύντιον „cucurbitula, parva cucurbita" (H. Steph.) legitur Phrynich. fr. 61: *ἢ μαζίου τι μικρὸν ἢ κολοκυντίου.* Deminutivum est vocab. *κολοκύντη*, quod saepius legitur. Cfr. praefat. § 7. Vocabulo *κολοκύντιον* exiguitas modo exprimi videtur.

κομαροφάγος, i. e. *κόμαρον ἐσθίων*, legitur Ar. Av. 240: *τά τε κατ' ὄρεα, τά τε κοτινοτράγα, τά τε κομαροφάγα.* Theophr. H. Pl. 3. 16. 4: „*ἡ δὲ κόμαρος ἡ τὸ μιμαίκυλον φέρουσα τὸ ἐδώδιμον*" (arbutus). Eodem loco Avium legitur *κοτινοτράγος* „oleastro vescens" (*κότινος* est i. q. *ἀγριέλαιος*). Cf. *κραδοφάγος* Poll. 6. 40 = *ἄγροικος* (*κράδαι· τὰ φύλλα τῶν συκῶν*). De compositione ad *ἀγριοποιός*. Voc. *κριθοτράγος* legitur Av. 231: *φῦλα μυρία κριθοτράγων.* Schol.: *κριθοφάγος· καινῶς δὲ εἶπεν.* Cf. *κολλικοφάγος*.

κομηταμυνίας i. e. *κομῶν ὥσπερ Ἀμυνίας*, „sectator superbi illius Amyniae", legitur Ar. Vesp. 466: *ὦ πόνῳ πονηρὲ καὶ κομηταμυνία.* Schol.: *ὡς πονηρὸν ὄντα τὸν Ἀμυνίαν καὶ κομῶντα.* Κομήτης legitur Ar. Nub. 348. Plat. Gorg. 524 c; de Amynia: Vesp. 1267 (Schol.). — Cf. praefat. § 1 α.

κομμώτριον „instrumentum muliebre, quo crines ornantur" legitur Aristoph. fr. 320, v. 8: *χιτῶνα, βάραθρον, ἔγκυκλον, κομμώτριον.* Cf. verb. *κομμοῦν* Eupol. fr. 421. Aristot. Themist. or. (metaph.), *κομμώτρια* Ar. Eccl. 737. Plat. Rep. 2. 373 c, masc. *κομμωτής* Luc. merc. cond. 32, (*ἡ*) *κομμωτικὴ* (*τέχνη*) Plat. Gorg. 465 b. — Vide praefat. § 3 θ.

κομπολακεῖν vide s. v. *κομπολακύθης*.

κομπολακύθης nomen est avis comice fictum a voc. *κόμπος* et *λακεῖν*, *διὰ τὸ κομπαστὴν εἶναι τὸν Λάμαχον* (Etym. m. p. 526, 41). Legitur Ar. Ach. 589, 1182: *πτίλον δὲ τὸ μέγα κομπολακύθου*. Secundum Mullerum allusio simul inest ad voc. *λήκυθος*. Schol.: *μετὰ κόμπου λακῶν*. *Κομπολακεῖν* verbum comice fictum est „iactabunda loquor, inanes ampullas proicio" Ran. 961: *ἀλλ' οὐκ ἐκομπολάκουν ἀπὸ τοῦ φρονεῖν ἀποσπάσας*. Schol.: *κενοὺς ψόφους ποιεῖν, κομπώδη λέγειν*. *Κομπολακυθεῖν* invenitur ap. Tzetz., *κομπολογεῖν* et *κομποποιεῖν* ap. sequiores; cf. *κομποφακελορρήμων*. De compositione vide *βαρυδαιμονεῖν* (= *κομπῶς λάσκων*, *-λακεῖν*).

κομποφακελορρήμων „ampullosa et gravi verborum compositione utens" (H. Steph.), „turgida verba cumulans" (Blayd.), legitur Ar. Ran. 839: *ἔχοντ' ἀχάλινον ἀκρατὲς ἀθύρωτον στόμα, ἀπεριλάλητον, κομποφακελορρήμονα*. Schol.: *βαρυρρήμων, σκληρὰ καὶ συνδεδεμένα ἔπη λέγων. φάκελοι γὰρ τὰ βαρέα καὶ συνδεδεμένα φορτία τῶν ξύλων* („fasces" Blayd.). Cf. *κομπορρήμων* et *κομπορρημοσύνη* = *κομπολογία* (sequior.), *εὐθυρρήμων* Poll. 5. 119, 120. Clem. Alex. Cic. ad fam. 12. 16, *εὐθυρρημοσύνη* Sext. Emp. adv. rhet. 22, *εὐθυρρημονεῖν* Plut. Demetr. 14, *κακορρήμων* Aesch. Ag. 1126, *κακορρημοσύνη* Pol. 8. 12. 3, *μεγαλορρήμων* Poll. 9. 147, *μεγαλορρημοσύνη* Pol. 39. 3. 1. — Vide praefat. § 1 *α*.

κομψευριπικῶς „scite et more Euripideo", *κομψῶς καὶ Εὐριπιδικῶς*, pro *κομψευριπιδικῶς*, extrita propter metri necessitatem syllaba (Blayd.) legitur Ar. Eq. 18: *πῶς ἂν εἴποιμ' ἂν αὐτὸ κομψευριπικῶς*; Cf. syncope in voc. *ἀμφορεύς* = *ἀμφιφορεύς*, *τέτραχμον* = *τετράδραχμον*, *γνωμιδιώκτης* = *γνωμιδιοδιώκτης*, simil. — Vide

voc. *κομψοπεπρής*, et *εὐριπιδαριστοφανίζω*. — Cf. praef. § 1 *γ*.

κομψοπρεπής „scitus et decens" legitur Ar. Nub. 1030: *πρὸς οὖν τάδ', ὦ κομψοπρεπῆ μοῦσαν ἔχων, δεῖ σε λέγειν τι καινόν* (*κοσμοπρεπῆ* unus V.) Cf. *κομψοεπής* et *κομψολόγος* (= sermonibus elegans, facetus) apud sequior., *μικροπρεπής* (sordidus, illiberalis) Plut. Nic. 1. Luc. Epist. saturn. 32, *μεγαλοπρεπής* Plat. Rep. 6. 503 c, *ἀξιοπρεπής* Xen. Symp. 8. 40, *σεμνοπρεπής* Dio Cass. 42. 34. De compositione vide *κεροβάτας*.

κονίπους „calceamentum quoddam" legitur Ar. Eccl. 848: *γέρων δὲ χωρεῖ, χλανίδα καὶ κονίποδα ἔχων* libri et schol., *κονίποδας* Br. Mein., *κονίποδε* Blayd. Schol.: *στενὸν σανδάλιον*. Hesych.: *μοιχικὸν ὑπόδημα*. Cf. *κονιορτόπους* ap. Plut. quaest. graec. 1 de populo Epidauri, qui ut ruri viventes saepius erant pedibus pulvere conspersis. — Vide praefat. § 3 *θ*.

κοππατίας i. e. „*ἵππος ᾧ ἐγκεχάρακται τὸ κ στοιχεῖον*" (Schol.) legitur Ar. Nub. 23, 438: *ἡ γὰρ ἀνάγκη με πιέζει διὰ τοὺς ἵππους τοὺς κοππατίας*, et fr. 42; praeterea invenitur ap. Philostr. V. Apost. 8. 4 et Eust. ad Il. p. 785, 28; cf. *κοππαφόρος ἵππος* ap. Luc. adv. indoct. 5, et s. v. *σαμφόρας*. Ad formam: *βληχωνίας*. — Vide praef. § 3 *θ*.

κοπραγωγός „stercora gestans" habet Crates fr. 13, dictum de *ῥιπίδι*, quod vocabulum significat *πλέγμα τι ψιάθῳ ἢ φορμῷ παραπλήσιον* (Poll. 10. 175), de *γαστέρι* autem comice vocabulum *κοπραγωγός* usurpat Plato fr. 222. Cf. *κοπροφόρος* Xen. Mem. 3. 8. 6. Poll. 7. 134, *κοπρολόγος* s. v., *κοπροδόχος* Phot. Ad formam: *ὑδραγωγός* Plut. qu. nat. 9, *κυναγωγός* Xen. Cyn. 9. 2. Poll. 5. 17, *ἱππαγωγός* Her. 6. 48. Thuc. 2. 56. Ar. Eq. 599.

Dem. Phil. 1, 16, φορταγωγός ap. sequior., χρυσαγωγός Lob. Phryn. p. 432, similia. Simpl. ἀγωγός (adiective) est Eur. Hec. 256. Plat. Rep. 7. 525 a. Plut. Pericl. 1. De compositione ad ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 3 θ.

κόπρειος vide s. v. τραγασαῖος.

κοπρολογεῖν „stercora colligo" legitur Ar. fr. 662: „κοπρολογεῖ κόφινον λαβών." Verbum est decompositum, formatum a voc. κοπρολόγος, cf. s v. — Vide praef. § 3.

κοπρολόγος „qui stercora colligit" legitur Ar. Vesp. 1184, Pac. 9: ἄνδρες κοπρολόγοι, προσλάβεσθε πρὸς θεῶν, εἰ μή με βούλεσθ' ἀποπνιγέντα περιιδεῖν. Cf. κοπρίας (scurra vilissimus) Dio Cass. 15. 28; 73. 6. De compositione ad ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 3.

κοράκεως vide s. v. κορώνεως.

κορακινίδιον „parvus coracinus" (piscis genus) legitur Pherecrat. fr. 56: τοῖς σοῖσι συνὼν κορακινιδίοις καὶ μαινιδίοις. Etiam Anaxandrid. 3. 172 vocabulo usus est. Deminutivum est vocab. κορακῖνος. „Coracini (marini certe) inter contemptissimos pisces numerabantur" (Kock.). — Cf. praefat. § 7.

κόρημα „scopa" legitur Ar. Pac. 59: κατάθου τὸ κόρημα· μὴ ἐκκόρει τὴν Ἑλλάδα, Eupol. fr. 157 et 228, v. 4. Schol.: τὸ κόσμητρον, τὸ σάρον, ᾧ εἰώθασιν ἀποκαθαίρειν τὸ πλῆθος τῶν ἐν τοῖς οἴκοις ῥύπων. Est autem „sordes verrendo collectae" in plurali Hermipp. fr. 47, v. 10, et Aristoph. fr. 474: ὥσπερεὶ Καλλιππίδης ἐπὶ τοῦ κορήματος καθέζομαι χαμαί. Poll. 10. 28: κόρημα· καλεῖται δ' οὕτω καὶ τὸ σκεῦος καὶ τὸ κάθαρμα τὸ κορούμενον. Cf. κόρηθρον = scopa Luc. Philops. 35, verb. κορεῖν Hom. Od. 20. 149. Eupol. fr. 157. Dem. 18. 258. — Vide praefat. § 3 θ.

κορίζομαι „blande alloquor" legitur Ar. Nub. 68:

τοῦτον τὸν υἱὸν λαμβάνουσ' ἐκορίζετο. Schol: *κολακεύω, οἷα τοῖς παιδίοις συμβαίνει τοῖς μικροῖς.* Idem est *ὑποκορίζομαι* Plut. 1011. Plut. Thes. 14 etc. Subst. *ὑποκόρισμα* est Aesch. 1. 126, *ὑποκορισμός* Plut. Thes. 14.

κορινθιάζομαι = *τὸ ἑταιρεῖν ἀπὸ τῶν ἐν Κορίνθῳ ἑταιρῶν. ἢ τὸ μαστροπεύειν* (Stephanus Byz. *Κόρινθος*) legitur Aristoph. fr. 354. Cf. *Κορινθιαστής*, nomen comoediae Philetaeri. — De formatione vide ad *βακίζω*.

κορίσκη „puellula" legitur Platon. fr. 69, v. 12: *αὐλοὺς δ' ἔχουσά τις κορίσκη Καρικὸν μέλος τι μελίζεται τοῖς συμπόταις.* Deminutivum est vocab. *κόρη* quod passim invenitur; cf. demin. *κορίσκιον* Poll. 2. 17, *κόριον* Theocr. 11. 60, *κορίδιον* Poll. l. l., *κοράσιον* Luc. as. 6. Anthol. IX. 39. Vocab. *κορίσκη* ad rem blande exprimendam fictum est. — Vide praefat. § 7.

κορυβαντίζω „corybantum sacris aliquem initiari curare" (Blayd.) legitur Ar. Vesp. 119: *μετὰ τοῦτ' ἐκορυβάντιζ'* (sc. *αὐτόν*). Schol.: *τὰ τῶν Κορυβάντων ἐποίει αὐτῷ μυστήρια ἐπὶ καθαρμῷ τῆς μανίας.* Subst. *κορυβαντισμός* est ap. Hesych. (= *κάθαρσις μανίας*), *κορυβαντιασμός* D. Hal. 2. 19, *κορυβαντιᾶν* Plat. Conv. 215 e. Ar. Vesp. 8 etc. De formatione s. v. *βακίζω*. — Vide praef. § 3 δ.

κορώνεως „ficus cuius fructus coracino colore sunt" legitur Pac. 628: *κορώνεών γέ μου ἐξέκοψαν, ἣν ἐγὼ 'φύτευσα.* Sic B, *κορώναιόν* R. S. V. Schol.: *ἔστι δὲ εἶδος συκῆς. ταύτην δὲ καὶ κοράκειον λέγουσιν. ὁ γὰρ καρπὸς αὐτῆς κόρακι ἔοικε κατὰ τὸ χρῶμα.* Cf. s. v. *δαμαρίππεως*. — Vide praefat. § 3 θ. Idem esse videtur *κοράκεως*, *σύκων εἶδος* sec. Ath. 3. 77 a, Hermipp. fr. 51: „*τῶν Φιβάλεων μάλιστ' ἂν ἢ τῶν κοράκεων*". Sic *λευκερίνεως* est *σύκων εἶδος λευκὰ σῦκα φέρον* Hermipp. 68: *τὰς λευκερίνεως δὲ χωρὶς ἰσχάδας.*

κορωνιδεύς vide ad voc. *γαλιδεύς*.

κοσκινοποιός vide s. v. *κοσκινοπώλης*.

κοσκινοπώλης „cribrorum venditor" legitur Nicophont. fr. 19, et *κοσκινοποιός* „qui cribra conficit" Philyll. fr. 14. Κόσκινον (cribrum) est ap. Plat. Gorg. 493 b. Rep. 2. 363 d. Ar. Nub. 373, alios. De compositione vide *ἀγριοποιός*. — Cf. praefat. § 3 β.

κοσκυλμάτια proprie „minuta corii praesegmina" Ar. Eq. 49: *ἐξηπάτα κοσκυλματίοις ἄκροισι* metaphorice usurpatur = *εὐτελῆ ῥηματίδια, λογάρια αἱμύλα*, cum irrisione Cleonis sordidae artis (*βυρσοδεψικῆς*). Voc. primarium non legitur. — Cf. praefat. § 7 et 2 α 3.

κοτινοτράγος vide s. v. *κομαροφάγος*.

κοτταβικός adi. „ad cottabum pertinens" legitur Hermipp. fr. 47, v. 5: *ῥάβδον δ' ὄψει τὴν κοτταβικὴν ἐν τοῖς ἀχύροισι κυλινδομένην*. De formatione vide *κρητικός*. De nomine *κότταβος* cf. Ath. 15. 666 c sqq. 11. 479. Poll. 6. 110.

κοτυλίσκη vide s. v. *κοτυλίσκιον*.

κοτυλίσκιον „parva cotyla" legitur Ar. Ach. v. 459: *μἀλλά μοι δὸς ἓν μόνον, κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκρουμένον*. Sic vulg., *κυλίσκιον* libri. Schol. *ποτήριον*. Deminutivum est vocab. *κοτυλίσκη* Pherecr. fr. 69, v. 4: *τί λάβω [κυρίσοι] τὴν κοτυλίσκην*; quod ipsum deminut. est vocabuli *κοτύλη*. Etiam inveniuntur demin. *κοτυλίδιον, κοτύλιον*. — Cf. praefat. § 7.

κοτυλίσκος invenitur Aristoph. fr. 380: *μηδὲ στέψω κοτυλίσκον*. Ath. 11. 479 c: *ὁ ἱερὸς τοῦ Διονύσου κρατηρίσκος, καὶ οἷς χέονται οἱ μύσται*. Fuit autem etiam placentae genus (Athen. 14. 647 b.).

κουρίδες μάχαιραι „instrumenta tonsoria" legitur Cratin. fr. 37: *ἔνεισιν ἐνταυθοῖ μάχαιραι κουρίδες, αἷς κεί-*

ρομεν τὰ πρόβατα καὶ τοὺς ποιμένας. Idem est *μαχαιρίς* Eupol. fr. 278. Ar. Eq. 412. Luc. adv. indoct. 29, *κουρικὴ μάχαιρα* Plut. Dion. 9, *κουρευτικὸν μαχαίριον* ap. sequior., *κούριμος σίδηρος* Eur. Or. 955. Apud sequiores *κουρίς* est i. q. *κομμώτρια*, ap. Sophron. i. q. *καρίς* (vide hoc voc.), quae notiones tamen ex alia origine explicandae sunt. — Cf. praefat. § 3 *θ*.

κόψιχος „merula avis" legitur Ar. Av. 306, 806, 1081: *τοῖς τε κοψίχοισιν ἐς τὰς ῥῖνας ἐγχεῖ τὰ πτερά.* Haec est forma Attica; forma autem vulgaris, quae est *κόσσυφος*, apud plures scriptores invenitur, Aristot. H. A. 9. 36. 2. Ael. A. N. 1. 14. Athen. 4. 136 d; 7. 305 b etc. — Cf. praefat. § 11 a. Lobeck. vocab. derivat a voc. *κόττος* (strepitus tesserarum cadentium) et deinde a verbo *κόπτω*, ut sit avis quae *σκληρῶς παταγεῖ*.

κράγος „clamor, vociferatio" legitur Ar. Eq. v. 487: *διαβαλεῖ ἡμᾶς ἅπαντας καὶ κράγον κεκράξεται. κραγὸν* C. P. S. V. Γ. Θ. vulg., *κεκραγὸν* pro *καὶ κρ.* R., *κράγον* Bergk. Meinek. Hesych.: *κράγον· βόημα.* A verbo *κράζω*, cf. s. v. *βάδος* et *βλέπος*. Vide etiam voc. *κέκραγμα*, *κεκράκτης* et *κεκραξιδάμας*.

κραιπαλόκωμος „qui ebrius et gravatus vino comissatur et bacchatur" legitur Ar. Ran. 218: *ἡνίχ' ὁ κραιπαλόκωμος τοῖς ἱεροῖσι Χύτροισι χωρεῖ λαῶν ὄχλος.* Cf. *κραιπαλόβοσκος* Sopat. Ath. 11. 784 b, *κραιπαλώδης* Plut. Symp. 3. 1, *κραιπαλᾶν* Plat. Conv. 176 d. Philyll. 2. 865. Alex. 3. 515. Polyb. 15. 33. 2. — Vide praefat. § 1 *γ*.

κραμβότατος legitur Ar. Eq. 539: *ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος μάττων ἀστειοτάτας ἐπινοίας* = „delicatissimus, ἥδυτατος, κράμβην enim inter delicias habuere veteres"

(Casaubon.). Hesych. explicat καπυρώτατος i. e. „aridus, adustus, trop.: clarus, sonorus" Theocr. 7. 37: καπυρὸν Μοισᾶν στόμα. Mosch. 3. 94. Luc. D. D. 22. 3. Ath. 15. 697 b. Kiehl. (Mnem. I. p. 49) proposuit: κραμβοφάγος, quod est etiam nomen ranae Batrachom. 221. — Cf. praefat. § 1 γ.

κρανοποιός vide s. v. κρανοποιῶ.

κρανοποιῶ „cassides memoro" (Blayd.) legitur Ar. Ran. 1018: κρανοποιῶν αὖ μ' ἐπιτρίψει. Schol: κρανοποιῶν· κράνη καὶ λόφους διηγούμενος (ἀφανιεῖ με τῷ πατάγῳ τῶν ὀνομάτων). Verbum est decompositum a voc. κρανοποιός, quod proprie = „galearum artifex" legitur Ar. Pac. 1255: οἴμ', ὦ κρανοποί', ὡς ἀθλίως πεπράγαμεν. Poll. 7. 155 nominat κρανοποιΐα, κρανουργός, κρανουργία. — Cf. praefat. § 2 α 3 et 3 β. — De compositione vide ἀγριοποιός.

κραπαταλός (alii προπαροξύνουσι) „nummus quidam, quo inferi utebantur" legitur Pherecrat. fr. 81: λήψει δ' ἐν Ἅιδου κραπαταλὸν [τριωβόλου] καὶ ψωθία (Kock.: κραπατάλου — ψωθίας). Poll. 9. 83: ὄνομα δὲ νομίσματος καὶ κραπαταλοὶ, εἴτε παίζων εἴτε σπουδάζων Φερεκράτης ὠνόμασεν. λέγει δὲ τὸν μὲν κραπαταλὸν εἶναι ἐν ᾅδου δραχμήν. κ. τ. λ. Ab Hesychio voc. κραπαταλός etiam explicatur „piscium genus". Fortasse Pherecrates hoc piscium genus apud inferos facit nummos, cf. quod nummus ψωθία etiam est τὸ ἀποψώμενον τοῦ ἄρτου.

κρεμάθρα „repositorium quoddam pensile" legitur Nub. 218, 869: νηπύτιος γάρ ἐστ' ἔτι καὶ τῶν κρεμαθρῶν οὐ τρίβων τῶν ἐνθαδί. Schol. κρεμάθρα δὲ λέγεται διὰ τὸ οὕτως αὐτὴν ἀεὶ μετέωρον εἶναι κρεμαμένην. νῦν μέντοι τὰ περιττεύοντα (ὄψα) εἰς αὐτὴν εἰώθαμεν ἀποτίθεσθαι. Ταρρόν (crates) vocatur κρεμάθρα illa v. 226. „Vers. 869 κρε-

μάθρων facete pro μαθημάτων (doctrinarum sublimium de rebus coelestibus) dicit" (Blaydes). De forma cf. Moeris p. 242: κρεμάθρα Ἀττικῶς. κρεμάστρα Ἑλληνικῶς, et s. voc. ἀλινδήθρα.

κρεμβαλιάζω „crembalis sive crepitaculis strepitum facere" legitur Hermipp. fr. 31: λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες κρεμβαλιάζουσι. Athen. 14. 636 c. d: ἦν γὰρ δή τινα καὶ ἕτερα ψόφου μόνον παρασκευαστικά, καθάπερ τὰ κρέμβαλα. τὸ τούτοις κρούειν κρεμβαλιάζειν (Ddf.) εἴρηκεν Ἕρμιππος κ. τ. λ. Hesych.: κρεμβαλιάζειν· κογχύλια καὶ ὀστράκια συγκροτοῦντες ἐρισμόν (ἔρρυθμόν Meinek.) τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. Cf. Ar. Ran. 1305: ὀστράκοις κροτεῖν.

κρημνοποιός „tumidorum verborum artifex" legitur Nub. 1367: ψόφου πλέων, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν. Schol.: μεγάλας λέξεις ποιοῦντα. Cf. ad vocc. ἱππόκρημνος et ἀγριοποιός, ubi etiam de compositione.

κρησέρα „cribri circulus" legitur Ar. Eccl. 991: ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ κρησέραν αἰτούμεθα, quocum comparat vetulam saepius compressam et quasi perforatam, ita ut habeat τὸ τρύπημα τοσοῦτον ὥστε κρησέραν δοκεῖν εἶναι (Blayd.). Cf. voc. τηλία. Secundum Photium κρησέρα est etiam ὀθόνιον ἀραιόν, sec. Theognost. p. 91 τὸ παχὺ ἱμάτιον, et „parvum rete" Ael. H. A. 2. 22. Demin. κρησέριον („cribrum") habet Poll. 10. 114, κρησερίτης ἄρτος Diphil. 4. 387. — Vide praefat. § 3 θ.

κρητικόν = βραχὺ ἱμάτιον (Phot.), ἱματίδιον λεπτὸν καὶ βραχύ (Hesych.) legitur Eupol fr. 311, v. 2, et Ar. Thesm. 730: σὺ δὲ τὸ Κρητικὸν ἀπόδυθι ταχέως. — Cf. praefat. § 3 θ. Adiectivis denominativis in ικός significatur id, quod nomini, a quo derivantur, proprium et peculiare est, quod ad ipsum attinet, cf. Φοινικικός:

Pac. 303, μικροπολιτικός, κενταυρικός, καπηλικός, συνηγορικός, alia.

κριβανίτης „coctus in κριβάνῳ" (fornace quadam) legitur Ar. Ach. 87: καὶ τίς εἶδε πώποτε βοῦς κριβανίτας; 1123 et fr. 125; forma *κλιβανίτης* (ἄρτος) invenitur Amips. fr. 5. Cf. Sophron. fr. 6. Ἰπνίτης ἄρτος est ap. Hippocr et Timocl. 3. 612, ἐσχαρίτης ἄρτος Antidot. 3. 529. Crobyl. 4. 565, κριβάνη, placentae genus, Ath. 14. 646 a. — Vide praefat. § 3 ζ.

κριηδόν „arietis more" legitur Ar. Lys. 309: ἐς τὴν θύραν κριηδὸν ἐμπεσεῖν. Schol.: δίκην κριοῦ. κριὸς γὰρ χαλκοῦν μηχάνημα, ὃ τοῖς τείχεσι προσφέρουσιν οἱ βάρβαροι. (cf. Xen. Cyr. 7. 41.) Cf. τετραποδηδόν Pac. 896, πινακηδόν Ran. 824, ἱππηδόν Aesch. Sept. 310. Ar. Pac. 81, κυνηδόν Soph. fr. 646. Nub. 491. Eq. 1033. Luc. Tim. 54, ταυρηδόν Ran. 804. Plat. Phaed. 117 b. Luc. Philopatr. 2, similia.

κριθή vide ad voc. ἐρέβινθος.

κριθοτράγος vide s. v. κομαροφάγος.

κρόμμυα vide s. v. σκορόδιον.

κρομμυοξυρεγμία „foetidus ructus, qualis est eorum, qui cepas ederint" legitur Ar Pac. 529: ὄζειν κρομμυοξυρεγμίας. Phot. 340. 22: ὀξυρεγμεῖν· ὅταν μεθ' ἡμέραν ἐξοπίσῃ ἡ τροφή. Ὀξυρεγμία sensu proprio invenitur Hippocr., Dioscor., Lucian., sensu autem metaphorico apud Aristophanem in fr. 473, v. 2: κρῖνον αὐτὴ μὴ μετ' ὀξυρεγμίας = ὀξυθυμία. Cf. verb. ὀξυρεγμιᾶν apud Dioscor., adi. ὀξυρεγμώδης ap. Hippocr. — Vide praefat. § 1 α; 2 α.

κρόνιππος „qui valde stultus est et ineptus" legitur Nub. 1070: γυνὴ δὲ σιναμωρουμένη χαίρει, σὺ δ' εἶ κρόνιππος. Schol.: κρόνιππος ἀντὶ τοῦ ἀρχαῖος, παρ' ὅσον ὁ Κρόνος

ἀρχαῖος. Cf. κρονόληρος anon. 4. 680, κρονοδαίμων anon. 4. 665, Κρόνος Vesp. 1480. Nub. 929. Plat. Euthyd. 287 b. Ad voc. -ἱππο- = μέγας cf. s. voc. ἱππόκρημνος et ἱππόλοφος. — Vide praefat. § 1 γ.

κροῦμα „subagitatio" legitur Ar. Eccl. 257: προσκινήσομαι, ἅτ' οὐκ ἄπειρος οὖσα πολλῶν κρουμάτων. Sic verbum ὑποκρούω est „subagitare" Eccl. 256. 618: κἆτ' ἢν ταύτης ἐπιθυμήσῃ, τὴν αἰσχρὰν πρῶθ' ὑποκρούσει, proprie: „interpello": Eccl. 588. 596. Ach. 38. Plut. 548. Aesch. 1. 35. Alexis 3. 398. Menioch. 3. 563. Προκρούω „ante subagitare" est Eccl. 1017 et 1018: ἢν δὲ μὴ θέλῃ τὴν γραῦν προκρούειν. — Cf. praefat. § 4.

κρουνοχυτρολήραιος legitur Ar. Eq. 89: ἄληθες, οὗτος; κρουνοχυτρολήραιος εἶ, cf. Blaydesii annot. crit., de homine stulto et loquace, qui verba emittit ut fons aquas. Schol.: κρουνὸς γὰρ τὸ χύδην καὶ ἀκρίτως καὶ ἀθρόως ῥέον. Inest simul notio stultitiae eius, qui aquam bibit pro vino. Cf. Cratini fr. 199: „ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν." Eadem fere ap. Nicaenetum Epigr. Anth. 13. 29. 1. Schol. praeterea explic.: ἀνόητος, περιττολόγος. — Vide praefat. § 1 α.

κρουπεζοφόρος „soleas ligneas gestans" de Boeotis legitur Cratin. fr. 310: οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτοί, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν. Poll. 7. 87: κρουπεζοφόρους δ' εἶπε τοὺς Βοιωτοὺς Κρατῖνος διὰ τὰ ἐν αὐλητικῇ κρούματα. Κρούπεζα enim a Polluce explicatur ξύλινον ὑπόδημα, πεποιημένον εἰς ἐνδόσιμον χοροῦ (ad indicandum saltandi modum chori). Sed Photius: κρουπέζαι· ξύλινα ὑποδήματα, ἐν οἷς τὰς ἐλαίας ἐπάτουν. Boeoti igitur etiam κρουπεζοφόροι nominati esse possunt, quia soleis ligneis τὰς ἐλαίας ἐπάτουν. — De compositione cf. s. v. ἀγριοποιός.

κρουσιδημεῖν „populum decipio" legitur Ar. Eq.

859: ὅσον με παρεκόπτου χρόνον τοιαῦτα κρουσιδημῶν, cum allusione ad verb. κρουσιμετρεῖν. Hesych.: κρουσιδημῶν: κρουσιμετρῶν, ἀπὸ τῶν ἐν τῷ μετρεῖν ἀπατώντων. Verb. κρούειν = decipere: Phocylid. 13. Soph. fr. 927, Harpocrat., παρακρούεσθαι (= ἐξαπατῆσαι) Dem. 24. 79, et saepius, παρακρουσιχοίνικος Com. anon. 4. 682, παράκρουσις (= φενακισμός) Dem. 24. 194, παρακρουστικός Poll. 4. 21. Ad compositionem cf. s. v. βορβοροτάραξις.

κροῦσις singulari sensu invenitur Ar. Nub. v. 318: Νεφέλαι ἡμῖν παρέχουσι τερατείαν, περίλεξιν καὶ κροῦσιν. Phot. explicat: παραλογισμός, Hesych.: idem et praeterea ἀντίρρησις, παράκρουσις, Schol.: ἀπάτη, δοκιμασία, παραλογισμός, ποικιλία καὶ στροφαὶ λόγων, sed etiam σφοδρότης τῶν λόγων. Videtur igitur esse „ars refellendi et subvertendi sive decipiendi adversarium vehementia orationis". Cf. κρούω Plat. Theaet. 154 e, ἐκκρούω Prot. 336 c, κρουστικός s. v. Κροῦσις etiam significat „pulsationem" instrumenti musici: Arist. probl. 19. 40. Plut. de musica 28, „explorationem vasis" Schol. Nub. 317.

κρουστέον adiect. verb. legitur Eccl. 989: οὐκ οἶδ' ὅτι λέγεις· τηνδεδί μοι κρουστέον. Ἐπὶ τοῦ κακεμφάτου ἐν τῇ συνηθείᾳ ἀντὶ τοῦ συγγενέσθαι (B. A. 101. 26). — Cf. praefat. § 11 β. De significatione obscoena verbi κρούω: Eccl. 990 et sequiores. Ceterum s. v. κροῦμα.

κρουστικός „qui argumenta adversarii subvertendi peritus est" legitur Ar. Eq. 1379: γνωμοτυπικὸς καὶ σαφὴς καὶ κρουστικός. Imitatus est Lucian. Demosth. encom. 32; vide praef. § 12. Cf. s. v. κροῦσις. Praeterea obscoenus sensus in hoc vocabulo latet. Anecd. Bekk. p. 101. 26: καὶ κατὰ τοῦ κακεμφάτου ἐν τῇ συνηθείᾳ τὸ κροῦσαι κεῖται, ἀντὶ τοῦ συγγενέσθαι. Vide praef. § 4.

κρώζω de hominibus usurpatur = „garrio" Ar. Plut. 369 et Lys. 506: *τοῦτο μὲν ὦ γραῦ σαυτῇ κρώξαις.* Schol. *βοᾶν, λέγειν, ἐπὶ τῶν μάτην θρυλούντων, ὡς αἱ κορῶναι, ἀκαίρως φθέγγεσθαι.* Proprie usurpatur de voce cornicis = „crocito": Hes. O. 745. Ar. Av. 2. 24. Aratus 953; de aliis avibus Luc. Electr. 5. V. H. 2. 40; cf. *ἐπικρώζω* Ar. Eq. 1051, *κατακρώζω* ibid. 1020, *παρακρώζω* ap. sequior., *περικρώζω* D. Cass. 58. 5, *ὑποκρώζω* Luc. Mort. D. 6. 3. — Vide praefat. § 2. α. 1.

κυαμίζω „matura sum, nubilis sum" dicitur de puella Aristoph. fr. 582: *ἄλλαι δὲ κυαμίζουσιν αὐτῶν, εἰσὶ δὲ ἤδη πρὸς ἄνδρας ἐκπετήσιμοι σχεδόν.* H. Steph. explicat: „ab ea *τῶν κυάμων* significatione, qua pro testiculis ponuntur." Melior videtur aliorum interpretatio, qui verbum derivant a notione *κυάμου*, quae est „mammae papilla extumescens puellarum pubescentium", cf. Polyb. 2. 163, Eustath. 749. 21, medicos. — Vide praefat. § 1 γ.

κυαμοτρώξ „fabarum vorator", *κυάμους τρώγων* Ar. Eq. 41: *νῷν γάρ ἐστι δεσπότης ἄγροικος ὀργὴν, κυαμοτρὼξ, ἀκράχολος* usurpatur de demo, qui „vitam sustinet mercede concionali" (Blayd.). Schol.: *κυάμοις ἐχρῶντο ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἀρχόντων καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις.* Photius: *κυαμοτρώξ· ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς ψήφοις κυάμου.* Ad form. cf. *φυλλοτρώξ* Antiphan. 3. 94; fragment. ap. Suid. s. v.: „*κρινεῖ δὲ τούτους οὐ κυαμοτρὼξ Ἀττικός*" a Bergkio Aristophani tribuitur. De compositione vide *ἀγριοποιός.*

κύβηλις „instrumentum caseo radendo, *τυροκνῆστις*" legitur Cratin. fr. 315: *χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύβηλιν.* Poll. 10. 104: *τυρόκνηστις, ἣν καὶ κύβηλιν καλοῦσιν.* Est etiam ap. Philemon. 4. 7 et Anaxipp. 4.

465. Hesych.: κύβηλις, τινὲς τὴν τυροκνῆστιν φασίν. ἔπαιξεν δὲ ὁ Κρατῖνος παρὰ τό „χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν" (Hom. Il. 14, 291). „Κύβηλιν substituit cetera retinens, quia χαλκίς (apud Homerum avis) pro etymi ratione ut ἀργυρίς, χρυσίς vas vel instrumentum aeneum significare potest" (Lobeck.). — Cf. praefat. § 8.

κυδοιδοπᾶν „turbare, confusionem facere" (Blayd.) legitur Ar. Nub. 616, Pac. 1152: ἐψόφει γοῦν ἔνδον οὐκ οἶδ' ἅττα κἀκυδοιδόπα. Schol.: συνταράττειν, ταράττειν, ἀνατρέπειν. De origine iam veteres dissentiebant; scholiastae derivant a voc. κυδοιμός aut κῦδος et conferunt Soph. Ai. 722 κυδάζομαι (= λοιδορεῖσθαι). Blaydes confert Homericum κυδοιμέω (Il. 11. 324). — Vide praefat. § 1 α.

κυκησίτεφρος „cum cinere permixtus" legitur Ran. 710: ὁ πονηρότατος βαλανεὺς ὁπόσοι κρατοῦσι κυκησιτέφρου κονίας. Suidas active vocabulum explicat: „ταραττούσης τὴν τέφραν, κυκώσης τέφραν μεμιγμένην τῷ νίτρῳ". — Vide praefat. § 1 γ. De compositione ad βορβοροτάραξις.

κυκλιοδιδάσκαλος „dithyrambicus poeta" legitur Ar. Av. 1403: ταυτὶ πεποίηκας τὸν κυκλιοδιδάσκαλον; Schol.: ἀντὶ τοῦ διθυραμβοποιός. εἴρηται γὰρ ὅτι ἐγκύκλια διδάσκουσιν. Κύκλιοι χοροὶ (διθύραμβος) vide Nub. 333. Plat. Ax. 371 d. Aesch. 3. 232, etc. De compositione ad βδελλολάρυγξ. Cf. voc. διθυραμβοδιδάσκαλος, κωμῳδοδιδάσκαλος, τραγῳδοδιδάσκαλος.

κυκλοβορεῖν „clamoribus aliquem eneco" legitur Ar. Ach. 381: διέβαλλέ καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου κἀκυκλοβόρει κἄπλυνεν. Derivatur a nomine proprio Κυκλοβόρος. Hesych.: Κυκλοβόρος: ποταμός· τινὲς δὲ χαράδραν μετὰ ψόφου ῥέουσαν, cf. Eq. 137. Schol.: ποταμὸς τῶν Ἀθηναίων,

οὐκ ἀεὶ οὐδὲ διὰ παντὸς ῥέων ἀλλὰ χειμάρρους, cf. fr. 539. De compositis cum voc. *κυκλο-* vide ad voc. *κυκλοσοβεῖν*. Vide praefat. § 1 *γ*.

κυκλοσοβεῖν „in orbem agito" legitur Ar. Vesp. 1523: *ταχὺν πόδα κυκλοσοβεῖτε* (Dind. Bergk. Mein.), *πόδ' ἐν κύκλῳ σοβεῖτε* (B. C. R. vulg.). Cf. *ἀνὰ κύκλον κυκλεῖν*: Av. 1379, *κυκλῷ σοβεῖν* Achae. trag. fr. 25, *πέριξ κυκλεῖν* Eur. El. 565. — *κυκλοβορεῖν* s. v., *κυκλογραφεῖν* D. Hal. de vi Dem. 19, *κυκλοπορεῖν* Strab. 7. 292, *κυκλοφορεῖσθαι* Aristot. de numd. 2. — De compositione vide ad *βαρυδαιμονεῖν*.

κυλίχνη est *ἀγγεῖον ὀψοφόρον* Ar. fr. 498: *τὸ δ' ἔτνος τοὺν ταῖς κυλίχναις τουτὶ θερμὸν καὶ τοῦτο παφλάζον*. Cf. Poll. 10. 88. — Vide praefat. § 3 *θ*.

κυλίχνιον „caliculus", „*πυξίς*, *πυξίδιον* medicorum" legitur Ar. Eq. 906: *ἐγὼ δὲ κυλίχνιόν γέ σοι καὶ φάρμακον δίδωμι*. Ath. 11. 480 b: *Ἀθηναῖοι δὲ καὶ τὴν ἰατρικὴν πυξίδα καλοῦσι κυλικίδα*. Deminutivum est vocab. *κυλίχνη*, quod a *κύλιξ* derivatur. Forma *κυλιχνίς* est Ath. 11. 470 f ex Achaeo et Antiphan. 3. 120. Cf. *κυλίκιον* Theophr. et Epicrat. 3. 372. — Vide praefat. § 7.

κυμινοδόκον (*τὸ*) „receptaculum cumini" legitur Nicochar. fr. 2, v. 3: *πόλλ' ἐν αὐτῷ λέπτ' ἔχον καδίσκια κυμινοδόκον*. Poll. 10. 93 explicat: *ἡδυσματοθήκη* et idem esse dicit voc. *κυμινοδόχη*, *κυμινοθήκη*, *κυμινοδόκη*, omnia e comicis sumpta; *κύμινον* (cuminum) est ap. Theophr., Antiphan., Archestrat , alios. Usitatior videtur alia alterius membri forma, i. e. *-δόκη*, v. c.: *ἰοδόκη* Ap. Rh. 2. 679, *ἱστοδόκη* Hom. A. 434, *καπνοδόκη* Her. 4. 103 etc.

κυμινοπριστοκαρδαμογλυφος „qui cuminum secat et nasturcium diffindit" legitur Ar. Vesp. 1357, i. e.

„sordide parcus", ut explic. Blayd.; κυμινοπρίστης (= Φειδωλός Schol.) est ap. Aristot. Eth. Nic. 4. 1 (cf. Theocr. 10. 55), Posidipp. 4. 521, Alex. 3. 499; κυμινοκίμβιξ Com. anon. 4. 630 ab Eust. 1828. 10 explic. σμικρολόγος. Τοκογλύφος, foenerator avarus, est Plut. de aud. poet. 3. Luc. vit. auct. 23. — Vide praefat. § 1 α.

κυνητίνδα i. e. „ludus quo sese osculabantur" habet Crates fr. 23, v. 3: παίζειν δ' ἐν ἀνδρικοῖς χοροῖσι τὴν κυνητίνδ'. Poll. 9. 114: ἡ δὲ κυνητίνδα ἀπὸ τοῦ κυνεῖν, ὅ ἐστι καταφιλεῖν, ὠνόμασται, ἥπερ ὑποδηλοῦν ἔοικε Κράτης ἐν Παιδιαῖς. Sic ἐφετίνδα „ludus pilae" est Cratin. fr. 415. Hesych.: ἐφετίνδα· εἶδος παιδιᾶς, ὅταν σφαῖραν ἄλλῃ προτείναντες ἀλλαχῇ βάλλωσι. Adverbia sunt, derivata a verbis κυνεῖν et ἐφίημι. — Cf. praefat. § 3 ε.

κυνοκλόπος „canis fur" legitur Ar. Ran. v. 605: συνδεῖτε ταχέως τουτονὶ τὸν κυνοκλόπον. Schol.: ὁ κλέψας τὸν κύνα τὸν Κέρβερον. — Vide praefat. § 1 β. — De compositione cf. s. v. ἀγριοποιός.

κυνοκοπεῖν „verbero tamquam canem" legitur Ar. Eq. 289: κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον. Bekk. Anecd. p. 49. 3: ὥσπερ κύνα τῷ ξύλῳ κατακόψαι. Attamen Schol.: κυνείῳ σε δέρματι παίσω, qui etiam explicat: τύπτειν ὥσπερ κύνα. τοῦτο δὲ ὡς μάγειρος λέγει, ἔστι γὰρ κύων ἰχθύς ποιός. Explicatio igitur non plane constat Ceterum cf. s. v. βωλοκοπεῖν.

κυπτάζω „operam dare alicui" Ar. Lys. 17: ἡ μὲν γὰρ ἡμῶν περὶ τὸν ἄνδρ' ἐκύπτασεν, cum allusione ad notionem, quam habet verbum in Sophronis loco ap. schol.: „κυπτάζουσι πλεῖσται γυναῖκες ἐνθάδε". — Vide praefat. § 4. Cf. κύπτης (cinaedus) Hesych. Notio propria est etiam ap. Plat. Rep. 5. 469 d. Verbum significat „στραγγεύομαι" secund. Ammonium p.

85 Pac. 730. Nub. 509: τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν;

κυρηβάζω vide s. v. κυρήβια.

κυρήβια (τὰ-) „locus ubi furfur venum exponitur" legitur Ar. Eq. 254: καὶ γὰρ οἶδε τὰς ὁδοὺς ἅσπερ Εὐκράτης ἔφευγεν εὐθὺ τῶν κυρηβίων. Cf. Blaydes. ad Vesp. v. 789. — Vide praefat. § 3 γ. Κυρηβιοπώλης legitur Aristoph. fr. 696: καὶ σὺ κυρηβιοπῶλα, Εὔκρατες στύππαξ. De compositione cf. ἀγριοποιός. — Vide praef. § 3 β. A voc. κυρήβια Uckermann. derivat etiam verb. κυρηβάζω Eq. 272: ἢν δ' ὑπεκκλίνῃ γε δευρὶ, τὸ σκέλος κυρηβάσει, ut sit: „alqm. caedere ad pulticulam, ita ut fiat pulticula", sed lexica et antiqua et recentiora annotant verbum obscurae esse notionis.

κυρηβιοπώλης vide s. v. κυρήβια.

κυρκανᾶν „struere, moliri" legitur Ar. Thesm. 429 et 852: τί αὖ σὺ κυρκανᾷς; τί κοικύλλεις ἔχων; Bentl. Reisk., κυρκανᾷς ἢ τί libr. Suid., κυκανᾷς Bergk. Mein. Phot. et Hesych.: κυρκανᾶν· κυκᾶν, ταράσσειν. Proprie est „miscere" (Hippocr.); κυκᾶν est ap. Hom. et sequentes, συγκυρκανᾶν Epinic. 4. 505. De loco Thesm. 852 Blaydes in annot. crit. dicit: „Bentlei correctio verissima est; utrumque dici κυκανᾶν et κυρκανᾶν testatur Etym. m.: κυκανᾷ· ἀπὸ τοῦ κυκῶ, τὸ ταράσσω, ἐὰν δὲ κυρκανᾷ, πλεονασμῷ τοῦ ρ, sed fallitur, opinor, grammaticus, qui fortasse ad hunc ipsum locum respiciebat." — Vide praefat. § 2. α. 1.

κύρμα „homo astutus" legitur Ar. Av. 431: σόφισμα, κύρμα, τρίμμα, παιπάλημ' ὅλον. Schol.: ὁ πολλοῖς ἐγκεκυρηκὼς πράγμασι. Cf. τρίβων Eur. Rhes. 625, περίτριμμα s. v., τριπτήρ Ach. 937, ἄλημα Soph. Ai. 381. 388, παιπάλη Nub. 260. Κύρμα apud Homerum est „praeda"

νῆστις (subst.) „ieiunum intestinum, est ordine a ventriculo secundum, sic dictum quod semper inane sit et cibum ad inferiora protinus transmittat, latine: hira" (H. Steph.) legitur Aristoph. fr. 506, v. 4. Ceterum in vulgus nota est significatio adiectivi *νῆστις*. Vide praef. § 2 β et 3 ζ.

νιγλαρεύω = „*τερετίζω*, (querula) tibiis canere" legitur Eupol. fr. 110: *τοιαῦτα μέντοι νιγλαρεύων κρούματα* et subst. *νίγλαρος* = „*τερετισμός*, (querulus) cantus tibiarum" Phrynich. fr. 69: *καὶ νιγλάρους θρηνεῖν, ἐν οἷσι Λάμπρος ἐναπέθνησκεν*. Hesych.: *νίγλαροι· τερετίσματα, περίεργα κρούματα*. Schol. Ar Ach. 554: *νίγλαρος κροῦμά ἐστι καὶ μέλος μουσικὸν παρακελευστικόν*. Sic etiam Aristoph. Ach. 554 et Pherecratis fr. 145 v. 27 *νίγλαρος* explicandum esse videtur. (Cf. annot. Kock.).

νουβυστικός, i. e „*νοῦ βεβυσμένος, νοῦ πεπληρωμένος*, sapientiae plenus, prudens", legitur Ar. Eccl. 441: *γυναῖκα δ' εἶναι πρᾶγμ' ἔφη νουβυστικόν* et adverbium *νουβυστικῶς* Vesp. 1294 = *νουνεχόντως, συνετῶς*. — Vide praefat. § 1 γ. De compositione cf. s. v. *βδελλολάρυγξ*.

νυκτοπεριπλάνητος „noctu vagabundus" legitur Ar. Ach. 264: *Φαλῆς, ἑταῖρε Βακχίου σύγκωμε, νυκτοπεριπλάνητε*. Idem est *νυκτίπλαγκτος* Aesch. Ag. 321. Cf. *πολυπλάνητος* Aesch. Ch. 419, Her. 1. 56, *ἀπλάνητος* Clem. Al, *νυκτοπλανής* Maneth. 1. 311, *νυκτιπλανῆτις* Opp. Cyn. 3. 268, *νυκτίπλανος* Luc. Alex. 54. — Vide praefat. § 1 α.

νωτοπλήξ „cuius dorsum verberibus concisum est,

verbero, mastigia" (H. Steph.) legitur Pherecrat. fr. 89: *καὶ νωτοπλῆγα μὴ ταχέως διακονεῖν* et Aristoph. fr. 830. Photius: *μαστιγίας ὁ εἰς τὰ νῶτα πληγὰς λαμβάνων*. Ceterum vide *κεραυνοπλήξ* et de compos. *ᾀδοφοίτης*.

Ξ.

Ξιφίζω „manu in altum sublata salto" legitur Cratin. fr. 219: *ξίφιζε καὶ σπόδιζε καὶ διαρρικνοῦ.* Hesych. *ξιφίζειν· ἀνατείνειν τὴν χεῖρα καὶ ὀρχεῖσθαι. ξιφισμός· σχῆμα ὀρχηστικόν.* — Vide praef. § 3 *θ*.

ξιφομάχαιρα „gladius simul et culter" (Kock.) legitur Theopomp. fr. 7 et 25: *ἐλεφαντοκώπους ξιφομαχαίρας καὶ δόρη,* „magnus gladius" (H. Steph.). Poll. 7. 158: *ξιφομάχαιρα ἡ μεγάλη μάχαιρα.* Scytha Aristoph. Thesm. 1127 loquitur de *ξιπομακαίρᾳ.* Cf. *δρεπανομάχαιρα* apud schol. — Vide praef. § 3 *θ*. De compositione cf. s. v. *γρυπάετος.*

ξιφουργός „ensium fabricator" legitur Aristoph. Pac. 547: *ὁ δέ γε τὰς σμινύας ποιῶν κατέπαρδεν ἄρτι τοῦ ξιφουργοῦ 'κεινουί.* De compositione cf. s. v. *ἀγριοποιός.* — Vide praefat. § 3 *β*, et s. v. *δρεπανουργός.*

ξύλον πρῶτον „primum scamnum s. subsellium" legitur Ar. Vesp. 90: *στένει, ἢν μὴ 'πὶ τοῦ πρώτου καθίζηται ξύλου* et Ach. 25. Schol.: *ξύλον ὃ ἡμεῖς βάθρον, προεδρία.* Poll. 4. 121: *πρῶτον δὲ ξύλον ἡ προεδρία, μάλιστα δὲ δικαστῶν.* — Vide praef. § 3 *θ*.

ξύλον τετρυπημένον vide ad voc. *δέλτα.*

ξυροδόκη „capsula, in qua reponuntur novaculae" legitur Ar. Thesm. 220: *αὐτὸς λάμβανε ἐντεῦθεν ἐκ τῆς ξυροδόκης.* Poll. 10. 140 legebat *ξυροδόχη,* sed. 2. 32

16

habet: *ξυρὸν, οὗ τὴν θήκην ξυροδόκην Ἀριστοφάνης καλεῖ.* Cf. *καπνοδόκη* Her. 4. 103. Eupol. fr. 133. Luc. Icarom. 13, *δουροδόκη* Od. 1. 128, *ἰοδόκη* Ap. Rh. 2. 679, *ἱστοδόκη* Il. 1. 434, similia. De compositione cf. s. v. *ἀγριοποιός.* — Vide praef. § 3 *θ.*

ξυροφορεῖν „novaculas gesto" legitur Ar. Thesm. 218: *Ἀγάθων, σὺ μέντοι ξυροφορεῖς ἑκάστοτε.* Cf. *ἀσπιδοφορεῖν* schol. Nub. 988, *κερατοφορεῖν* Arist. H. A. 2. 1, *μαχαιροφορεῖν* Ioseph., *στεφανηφορεῖν* Dem. 21. 51, *τοξοφορεῖν* Asclepiades 6 (XII. 162), alia multa. Voc. ab Aristophane fictum videtur ad deridendum Agathonem effeminatum, nemo enim praeter molles et delicatos *ξυροφορεῖ ἑκάστοτε.*

O.

Ὀβελίσκος „veru" legitur Ar. Ach. 1007, Nub. 178, Av. 359 et 388: *καὶ τὸ δόρυ χρή, τὸν ὀβελίσκον περιπατεῖν ἔχοντας ἡμᾶς*. Proprie deminutivum est vocab. *ὀβελός*: Hom. Il. 1. 465. Od. 14. 77. Eur. Cycl. 302. — Cf. praefat. § 7. Ceterum *ὀβελίσκος* est „lamina ensis" Polyb. 6. 23. 7, „*νομίσματα σιδηρᾶ ἢ χαλκᾶ*" Plut. Lys. 17. Fab. Max. 27; vide praef. § 2 *β* et 3 *ζ*.

οἰκητήριος adiect. (ab *οἰκητήρ* Soph. O. C. 633) „domesticus" legitur Alcaeus fr. 27: *καὶ ναὶ μὰ Δί' ἄλλα σκευάρι' οἰκητήρια* = „vasa domestica, utensilia". Poll. 10. 11: *εἴποις δ' ἂν (τὰ ἔπιπλα) καὶ οἰκητήρια σκεύη καὶ χρηστήρια*. Hesych.: *οἰκητήρια σκεύη· τὰ κατ' οἶκον*. Cf. *χρηστήρια* (utensilia) ap. Strabon. et sequiores; *τὸ οἰκητήριον* (domus) invenitur ap. Eur. Or. 1114. Plut. Lucull. 39.

οἰκτροχοεῖν „miserabiliter fundo" (H. Steph.) legitur Ar. Vesp. 555: *ἱκετεύουσιν θ' ὑποκύπτοντες, τὴν φωνὴν οἰκτροχοοῦντες*. Schol.: *οἰκτρῶς χέω*. Ad formam cf. *οἰνοχοεῖν* Od. 15. 322. Il. 4. 3. etc. Xen. Cyr. 1. 3. 8. Polyb. 14. 11. 2, et sequior., *χρυσοχοεῖν* Ar. Plut. 164. Xen. Oec. 18. 9, *λουτροχοεῖν* Marcian. 5 (IX. 627), *τυμβοχοεῖν* Her. 7. 117. De compositione vide s. v. *βαρυδαιμονεῖν*.

οἰναγωγός adiectivum „vinum vehens, vehendo vino

aptus" legitur Cratin. fr. 370 et Pherecrat. fr. 143, v. 5: *σφίσι δὲ γ' αὐταῖσιν βαθείας κύλικας ὥσπερ ὁλκάδας οἰναγωγούς*. Ceterum vide s. v. *κοπραγωγός*.

οἰνήρυσις „vasculum quo vinum hauritur" legitur Ar. Ach. 1067: *φέρε τὴν οἰνήρυσιν, ἵν' οἶνον ἐγχέω λαβὼν ἐς τοὺς χόας*. Schol.: *τὴν τοῦ οἴνου κοτύλην ᾗ ἀρύονται*. Hesych.: *ἀγγεῖον, ὡς κοτύλη, μεθ' οὗ τὸν οἶνον ἀντλοῦσιν*. *Ἐτνήρυσις* est Ach. 245, *ζωμήρυσις* Antiph. 3. 146. Philem. min. 4. 68. Anaxipp. 4. 465. De compositione cf. ad *ἀγριοποιός*. — Vide praef. § 3 ζ.

οἰνίσκος deminutivum voc. *οἶνος* est Cratin. fr. 183, v. 2: *νῦν δ' ἢν ἴδῃ Μενδαῖον ἡβῶντ' ἀρτίως οἰνίσκον, ἕπεται*. Usus est etiam Eubul. 3. 265. — Cf. praefat. § 7. Alia deminutiva voc. *οἶνος* sunt *οἰνάριον* Dem. 35. 32, *οἰνίδιον* D. L. 10. 11.

οἰνοπίπης „qui circumcirca vagis oculis investigat quod potet" (H. Steph.) legitur Ar. Thesm. 393: *καλῶν τὰς οἰνοπίπας, τὰς προδότιδας, τὰς λάλους*. Sic Schol. Suid. Kust. Fritsch. al., *οἰνοπότιδας* N.·R. Dind. Mein. Cf. *γυναικοπίπης* Eust. Il. p. 851. 54, *παρθενοπίπης* Hom. Il. 11. 385, *παιδοπίπης* Hermeas Ath. 13. 563 e. Varia lectio *οἰνοπότις* etiam ap. Anacreontem invenitur (Poll. 6. 22). De compositione cf. ad *ἀγριοποιός*.

οἰνόπτης legitur Eupol. fr. 205: *οὓς δ' οὐκ ἂν εἵλεσθε οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ, νυνὶ στρατηγοὺς ἔχομεν*. Athen. 10. 425 a: *οἰνόπται· ἀρχὴ παρὰ Ἀθηναίοις· τρεῖς ἦσαν οἱ οἰνόπται, οἵτινες καὶ παρεῖχον τοῖς δειπνοῦσι λύχνους καὶ θρυαλλίδας*. Similia Photius et Hesych. Vide *λινόπτης* s. v. *λινοπτῶμαι*, *αὐτόπτης* Her. 4. 16. Din. 3. 15 etc., *ἐπόπτης* Pind. N. 9. 5. Aesch. Prom. 299 etc., *κατόπτης* Aesch. Sept. 351. Eur. Rhes. 150. Ar. Ach. 435, similia. — Cf. praefat. § 3 θ.

οἰνοῦττα „placenta e vino et melle confecta" legitur Ar. Plut. 1121: *πρότερον μὲν εἶχον γὰρ παρὰ ταῖς καπηλίσι πάντ' ἀγάθ' ἕωθεν εὐθύς, οἰνοῦτταν, μέλι.* Schol.: *εἶδος πλακοῦντος μετ' οἴνου καὶ μέλιτος γινόμενον.* Praeterea *οἰνοῦττα* significat plantae genus ap. Aristot. (Athen. 10. 429 d.) Ael. V. H. 2. 40. Cf. praefat. § 2 β et 3 ζ.

οἰσυουργός „qui vasa et instrumenta e salice texit" legitur Eupol. fr. 433; idem est *οἰσυοπλόκος* ap. Poll. 7. 176; cf. *οἰσύα* s. *οἴσυον*, salix, B. A. 57. Lob. Phryn. 301. Schol. Nub. 226. Ceterum vide s. v. *δρεπανουργός*.

ὀλιγόσιτος „qui parum cibi sumit, modico cibo utitur" legitur Pherecrat. fr. 1, et Phrynich. fr. 23: *ὁ δ' ὀλιγόσιτος Ἡρακλῆς ἐκεῖ τί δρᾷ;* Subst. *ὀλιγοσιτία* habent Aristot. Polit. 2. 10, Luc. Paras. 16, verbum *ὀλιγοσιτεῖν* Plut. de san. tu. p. 390. Nonn. 1. 154; cf. *ὀλιγοβόρος* eodem sensu ap. Hippocr. Ad formam compara *ἀπόσιτος, ἄσιτος, μονόσιτος, ὁμόσιτος, πολύσιτος* similia.

ὄλισβος „penis facticius, coriaceus" legitur Ar. Lys. 109, fr. 320, v. 13 et Cratin. fr. 316: *μισηταὶ δὲ γυναῖκες ὀλίσβοισιν χρήσονται.* Schol. *αἰδοῖον δερμάτινον.* Cf. *ὀλισβοκόλλιξ* (panis quoddam genus, in formam *ὀλίσβου* coctum) Com. anon. 4. 645. Τὸ *αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός* indicat etiam voc. *πόσθιον* Aristoph. Thesm. 254. 515: *τὸ πόσθιον τῷ σῷ προσόμοιον, στρεβλὸν ὥσπερ κύτταρον,* quod est deminutivum vocab. *πόσθη*, quod etiam extra comoediam invenitur; cf. *πόσθων* Pac. 1300. Luc. Lexiph. 12. Sic etiam voc. *σάθη* Lys. 1119: *ἢν μὴ διδῷ τὴν χεῖρα, τῆς σάθης ἄγε*, unde *σάθων* Teleclid. fr. 65, *ὑποκόρισμα παιδίων ἀρρένων* (Phot.); cf. *ἀνδροσάθων· μεγάλα ἔχων αἰδοῖα* Bekk. Anecd. 394. 5, *ἀνδροσάθης· ἀνδρὸς αἰδοῖα ἔχων* ibid. 27. — Vide praefat. § 3 η.

ὄλμοι „*ἐπὶ αὐλῶν*" usurpatur secundum Photium

Eupol. fr. 267: ῥέγκειν δὲ τοὺς ὅλμους. ἰώ μοι (Herw.) τῶν κακῶν. Cf. ὑφόλμιον s. v. Ceterae significationes voc. ὅλμος sunt: „lapis rotundus" Il. 11. 147, „mortarium" Hes. O. 425, „alveus" Ar. Vesp. 201. 238 etc., „poculi genus" Ath. 11. 494 b. — Vide praefat. § 2 β.

ὁλόκνημος i. e. „una cum toto crure s. tota tibia" legitur Pherecrat. fr. 108, v. 13: σχελίδες δ' ὁλόκνημοι πλησίον τακερώταται ἐπὶ πινακίσκοις. De compositione cf. ad βαθύκομος. Ceterum vide Poll. 2. 190, 191.

ὅλολυς = „superstitiosus". Phot. s. v. ὀλόλυκας (recte Naber pro ὀλόλους)· τοὺς δεισιδαίμονας ἐκάλουν οἰωνιζόμενοι· Μένανδρος Δεισιδαίμονι, Θεόπομπος (fr. 61 K) Τισαμένῳ (l. Τεισ.) καὶ ἄλλοι, in quibus Anaxandrides ap. Ath. VI 242 E. Idem ὅλολυν· Μένανδρος τὸν γυναικώδη καὶ κατάθεον καὶ βάκηλον. Cohaeret cum verbo ὀλολύζειν, ululare, quod est mulierum in re sacra.

ὁμομαστιγίας „converbero" legitur Ar. Ran. 756: πρὸς Διὸς ὃς ἡμῖν ἐστιν ὁμομαστιγίας. „Verbero verberonem obsecrat per Iovem converberonem, ut frater fratrem per Iovem ὁμόγνιον, sodalis sodalem per ἑταιρεῖον" (Bergl.). Simplex μαστιγίας invenitur ap. Soph. fr. 309. Ar. Eq. 1228. Lys. 1240. Ran. 501. Plat. Gorg. 524 c, sequiores. — Cf. praefat. § 1 α.

ὀνηλατεῖν „asinum agito" legitur Aristophan. fr. 833, subst. ὀνηλάτης Dem. 42. 7. Luc. Asin. 29, et al. sequior., βοηλατεῖν Ar. fr. 758. Lycophr. 815, ἁρματηλατεῖν Her. 5. 9. Xen. Conv. 4. 6, διφρηλατεῖν Soph. Ai. 832. Eur. Rhes. 781, ἱππηλατεῖν Ar. Av. 1443 et sequiores. — De compositione cf. ad ἀγριοποιός.

ὀνίδιον „asellus legitur Ar. Vesp. 1306: ἐγέλα ὥσπερ καχρύων ὀνίδιον ηὐωχημένον. Deminutivum est vocab. ὄνος,

ut ὀνίσκος ap. sequiores, ὀνάριον Diph. 4. 417. — Cf. praefat. § 7.

ὀξίνης „acerbus, biliosus" legitur Ar. Vesp. 1082 et Eq. 1304: ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην ὀξίνην Ὑπέρβολον. Cf. voc. ὀξύθυμος Aesch. Eum. 675. Eur. Med. 319. Vesp. 1105 etc. Proprie οἶνος dicitur ὀξίνης („vappa") Diphil. 80. Plut. de tranq. an. 8. Anton. 59; sic μυρίνης (οἶνος) Diphil. 4. 381. Ael. V. H. 12. 31. — Vide praefat. § 2. α. 1.

ὀξίς „acetabulum" legitur Ar. Plut. 812 et fr. 688, et, si loci genuini, etiam Ran. 1440. 1453 et Vesp. 1509: τουτὶ τί ἦν τὸ προσέρπον; ὀξὶς ἢ φάλαγξ; cod. V., ὠτίς (avis nomen) Meinek., ὄφις Blayd. Praeterea est apud Diphil. 4. 419. Axionic. 3. 535, Nicostr. 3. 282. — Cf. praefat. § 3 ζ.

ὀξύλαλος „acute loquens" legitur Ar. Ran. 815: ἡνίκ' ἂν ὀξύλαλον παρίδῃ θήγοντος ὀδόντα ἀντιτέχνου. Cf. ὀξύθυμος Aesch. Eum. 675. Ar. Vesp. 406. Luc. Tim. 3 etc., ὀξυμέριμνος s. v. — ἀμφίλαλος s. v., ἀείλαλος Meleager 91. 95 (V. 177. 178), ἄλαλος Aesch. fr. 56, εὔλαλος Hymn. Apoll. (IX. 526. 6), similia. De compositione cf. ad βαρυδαιμονεῖν.

ὀξυμέριμνος Ar. Ran. 877: (ἄνδρες γνωμοτύποι) ὅταν εἰς ἔριν. ὀξυμέριμνον ἔλθωσι, si pertinet ad v. ἔρις itaque ὀξυμέριμνον legendum est, signif. „acuta cura egentem", sin ad v. παλαίσμασιν (ὀξυμερίμνοις) „acuta cura excogitatum", si denique ὀξυμέριμνοι vera est lectio, „qui acute meditatus est". Cf. s. v. ὀξύλαλος. — λυσιμέριμνος de Baccho Hymn. (IX. 524. 12.), πολυμέριμνος Arist. mund. 6, similia. De compositione vide βαρυδαιμονεῖν.

ὀξωτός „aceto conditus" legitur Aristoph. fr. 130:

ὀξωτά, σιλφιωτά, βολβός, τεύτλιον. Sic σιλφιωτός ibid. = „silphio conditus". Verb. σιλφιῶ est apud Philoxen. (Athen. 4. 147 d). Comicus cum cibis ita conditis, ut videtur, dictionem Euripidis comparat; cf. Kock. ad hoc fragmentum. Adiectiva sunt substantive usurpata, formata a voc. ὄξος et σίλφιον.

ὀπή vide s. v. κύσθος.

ὀπισθοσφενδόνη „ornamentum capitis muliebre, reticulum" (H. Steph.) legitur Aristoph. fr. 320, v. 4: μύρον, κίσηριν, στρόφι', ὀπισθοσφενδόνην. Simplex σφενδόνη eodem sensu est ap. Poll. 5. 96. — Cf. praef. § 3 θ.

ὀπτάνιον „τὸ αἰδοῖον τῆς γυναικός" usurpatur Ar. Pac. 891: τουτὶ δ' ὁρᾶτ' ὀπτάνιον ὑμῖν ὡς καλόν. Proprie est „culina" Equit. 1033: ἐσφοιτῶν τ' ἐς τοὐπτάνιον λήσει σε. Alex. 3. 464. Philem. 4. 18. Damox. 4. 531. Lucian. Luc. 27 fortasse e comoedia sumpsit (praef. § 12). Schol.: τὸ μαγειρεῖον.... τὸ αἰδοῖον. — Cf. praef. § 4. Similiter τρύβλιον ap. Aristoph. Eccl. 847: τὰ τῶν γυναικῶν διακαθαίρει τρύβλια „est αἰδοῖον γυναικεῖον", proprie autem est „patina" Av. 77. Ach. 278. Eccl. 252, et saepius in comoedia, Lucian. Tim. 54, sequiores.

ὀπτότατος „maxime omnium tostus" legitur Cratin. fr. 143: ὃς ἂν ὀπτότατος μοι ἁπάντων ὑμῶν φαίνηται, κατατρώξομαι. Positivus ὀπτός passim legitur. — Vide praefat. § 1 γ.

ὀρθίασμα „verbum intenta voce prolatum" legitur Ar. Ach. 1042: ἤκουσας ὀρθιασμάτων; Cf. verbum ὀρθιάζειν Aesch. Pers. 693, adiect. ὄρθιος de voce Hom. Il. 11. 11. Pind. Ol. 9. 117, cett., ἀνορθιάζω Andocid. 1. 29, ἐξορθιάζω Aesch. Cho. 269, ἐπορθιάζω Aesch. Ag. 29. De formatione cf. ad βωμολόχευμα.

ὀρθοπλήξ „equus qui se erigit et calcibus ferit" legitur Aristoph. fr. 43: *ὡς δ' ὀρθοπλήξ. πέφυκε γὰρ δυσγάργαλις.* Phot. et Suid.: *ὀρθὸς ἐπαιρόμενος καὶ πλήσσων.* Cf. verb. *ὀρθοπληγιᾶν* ap. Hesych. Ceterum vide *κεραυνοπλήξ.*

ὀρθροφοιτοσυκοφαντοδικοταλαίπωρος adiect. compositum Ar. Vesp. 505: *τὸν πατέρα βούλομαι τούτων ἀπαλλαχθέντα τῶν—ων τρόπων ζῆν βίον γενναῖον* significat „eos qui mane erigunt, ut sycophantarum more in litibus laborent et operam perdant". — Vide praefat. § 1 *α.*

ὀρνεαῖς vide ad voc. *κεφαλῆσι.*

ὀρνίθαρχος „dux avium" legitur Ar. Av. 1215: *οὐδὲ σύμβολον ἐπέβαλεν ὀρνίθαρχος οὐδείς σοι παρών;* Vocabulum est comice fictum ad analogiam voc. *ἵππαρχος*, simil.; cf. *κολοίαρχος* v. 1212. De compositione ad *βδελλολάρυγξ.*

ὀρνιθοθηρᾶν „aves capio" legitur Teleclid. fr. 26: *εὐχροεῖν, ὀρνιθοθηρᾶν, σωφρονεῖν.* Est compositum insolentius pro *ὀρνιθοθηρεῖν*, cf. *λαγοθηρεῖν.* Subst. *ὀρνιθοθήρας* est Ar. Av. 62. Arist. H. A. 9. 1. De compositione cf. s. v. *ἀγριοποιός.*

ὀρνιθομανεῖν „insano avium amore captus sum" legitur Ar. Av. 1284. 1290. 1344: *ὀρνιθομανῶ γὰρ καὶ πετόμενος βούλομαι οἰκεῖν μεθ' ὑμῶν.* Ceterum vide ad *ἡλιομανής.*

ὀροφίας „qui in tecto latibulum habet" legitur Ar. Vesp. 206: *μῦς; οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ὑποδυόμενός τις οὑτοσὶ ὑπὸ τῶν κεραμίδων ἡλιαστὴς ὀροφίας.* Hesych.: *ὄφις τῶν κατ' οἶκον.* Schol.: *λέγονται δὲ μῦς ὀροφίαι καὶ ὄφεις οἱ περὶ τὰς ὀροφὰς διάγοντες.* Cf. adi. *ὀροφιαῖος* (inscr.) et *ὀροφικός* (sequior.). Vide Poll. 7. 120.

ὀρτύγιον „parva coturnix" legitur Eupol. fr. 214: *ὄρτυγας ἔθρεψας σύ τινας ἤδη πώποτε; ἔγωγε μικρά γ' ὀρτύγια.* Deminutivum est noti vocabuli *ὄρτυξ*. Cf. praef. § 7. Athen. 9. 392 e: *ὑποκοριστικῶς δὲ Εὔπολις ὄρτυγας κέκληκεν ὀρτύγια.*

ὀρτυγοκόπος „qui ludit ludum, in quo *τὸν ὄρτυγα ἔκοπτον τῷ δακτύλῳ*" legitur Platon. fr. 108: *χρηστὸν μὴ κατὰ Μειδίαν ὀρτυγοκόπον.* Verb. *ὀρτυγοκοπεῖν* est Plut. de aud. poet. 11 p. 119, subst. *ὀρτυγοκοπία* Poll. 9. 107, 108, 109. Ad formam: *ξυλοκόπος* Xen. Aristot. sequior., similia. De compositione cf. ad *ἀγριοποιός*.

ὀρύττω Ar. Av. 442 et Pac. 898: „*παίειν, ὀρύττειν, πὺξ ὁμοῦ καὶ τῷ πέει*" est „fodicare", obscoeno sensu, ut *διορύττω* Nub. 714: *καὶ τὸν πρωκτὸν διορύττουσιν.* — Vide praef. § 4.

ὀρχιπεδίζω vide s. v. *νέφρος*.

ὀρχίπεδον vide s. v. *νέφρος*.

ὀσφραντήριος „qui bene odoratur s. olfacit" legitur Ar. Ran. 893: *αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα, καὶ γλώττης στρόφιγξ, καὶ σύνεσι καὶ μυκτῆρες ὀσφραντήριοι.* De formatione ad *ἀναπειστήριος*. Apud sequiores tamen *ὀσφραντήριον* (sc. *φάρμακον*) est quod odoratur aliquis, ut se recrëet et reficiat, = *ὀσφράδιον, ὀσφραντικόν.*

ὀτρηρός Ar. Av. 915 comice usurpatur = „*τετρημένος*": *οὐκ ἐτὸς ὀτρηρὸν καὶ τὸ λῃδάριον ἔχεις.* Schol.: *παίζει παρὰ τὸ ὀτρηροὶ, ὅτι τετρημένον ἦν αὐτοῦ καὶ τὸ ἱμάτιον.* Vocabulum ex Homero sumptum est, Il. 1. 321; 6. 381. Od. 4. 23, = „celer, agilis", cf. *ὀτραλέος* Il. 3. 260; 19. 317 et sequiores. — Vide praef. § 8.

οὐλοκέφαλος „qui capite est crispo" legitur Pherecrat. fr. 223; cf. *οὐλόκομος* Alex. 3. 522. S. Emp. adv. math. 7. 267, *οὐλοκάρηνος* Od. 19. 246, *οὐλόθριξ* Her.

2. 104. Arist. gen. an. 5. 3, *οὐλοκίκιννα* Telesilla ap. Poll. 2. 23, *οὐλόκρανος* Arr. Ind. 6, *τρίχουλος* Archiloch. Poll. 2. 23. — Ad formam cf. voc. *ἀκέφαλος* Her. 4. 191. Plat. Phaedr. 264 c etc., *βουκέφαλος*, *δικέφαλος*, *ἐγκέφαλος*, *ἑκατογκέφαλος*, similia. De compositione ad *βαθύκομος*.

ὀφθαλμίδιον „ocellus" legitur Ar. Eq. 909: *ἰδού, δέχου κέρκον λαγὼ τὠφθαλμιδίω περιψῆν.* Cf. praefat. § 7. Voc. pertinet ad demin. blanda.

ὄχθοιβος „limbus purpureus" legitur Aristoph. fr. 320, v. 2, et Pherecrat. fr. 100: „*μίτραν ἁλουργῆ, στρόφιον, ὄχθοιβον, κτένα*". Praeterea invenitur C. I. I. 150, 50 p. 237. Photius: *ὄχθοιβος· λῶμα. ἔστι δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ χιτῶνος ἁλουργὲς πρόσραμμα.* — Vide praefat. § 3 *θ*.

Π.

Παγγλυκερός „praedulcis" legitur Ar. Lys. 970: μὰ Δί' ἀλλὰ φίλη καὶ παγγλυκερά. Simplex γλυκερός invenitur Hom. Od. 14. 194, Pind. P. 4. 32, Anacr. 60. 4, Ar. Lys. 971, etc. Ceterum vide s. v. παγκατάρατος.

παγκατάρατος „omnino exsecrandus" legitur Ar. Lys. 588: καὶ μὴν, ὦ παγκατάρατε πλεῖν ἤ γε διπλοῦν αὐτὸν φέρομεν. Sic cum παν- composita sunt etiam παμβδελυρός, παμμυσαρός, παγγλυκερός, πάγκυφος, omnia Aristophanea, quae vide. Simplex κατάρατος est Eur. Med. 112. Soph. O. R. 1344. Ar. Ran. 178 etc.

πάγκυφος „prorsus curvus" legitur Ar. fr. 727, dictum de ἐλαίᾳ τῇ ἐν ἀκροπόλει τῇ καλουμένῃ πάγκυφος διὰ χθαμαλότητα (Hesych.). Simplex κυφός est ap. Hom. Od. 2. 16. Ar. Plut. 266. Diog. L. 6. 92. Ceterum vide s. v. παγκατάρατος.

παιγνία „festum" legitur Ar. Lys. 700: ἐχθὲς θὴκάτῃ ποιοῦσα παιγνίαν. Schol.: ἑορτή. Significat „lusum, rem ludicram" ap. Herod. 1. 94, 2. 173 et sequiores. — Vide praef. § 2 β.

παιδέρως i. q. παιδεραστής (H. Steph.) legitur Teleclid. fr. 49; cf. παιδοφίλης ibid., Theogn., al., φιλόπαις Plat. Rep. 5. 474 d. Theocr. 12. 29, saepe in Anthol., al., παιδεραστής Plat Conv. 192 b. Ar. Ach. 265. Luc.

Vit. auct. 15. Alibi παιδέρως est „plantae genus" (sequior.), „pigmentum" ap. Alexidem III 423 (Mein.). Aelian. V. H. 9. 9. Poll. 3. 70: ὁ μέντοι παιδέρως Ζεὺς παρὰ τῷ Τηλεκλείδῃ πέπαικται. — Cf. praefat. § 1 γ. De compositione v. βδελλολάρυγξ.

παιδοτριβικῶς „more paedotribarum" legitur Ar. Eq. 492: ἀλλ' εὖ λέγεις καὶ παιδοτριβικῶς ταυταγί. Schol.: ἀντὶ τοῦ ἀλειπτικῶς· παιδοτρίβαι γὰρ καλοῦνται οἱ ἀλεῖπται. Adiectivum παιδοτριβικός invenitur Aristot. pol. 8. 3. Poll. 10. 181. — Vide praef. § 10 α.

παίειν „percutere", apud Aristophanem in Pac. v. 898: παίειν, ὀρύττειν, πὺξ ὁμοῦ καὶ τῷ πέει obscoene usurpatum significat „subagitare". — Vide praef. § 4.

παιπάλη „versutus, astutus, subtilis, vafer" legitur Ar. Nub. 260: λέγειν γενήσει τρίμμα, κρόταλον, παιπάλη: λεπτολόγος, λεπτὸς περὶ τὸ λέγειν (Gloss.). Poll. 6. 62: παιπάλη, ὅ ἐστι τὸ λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου. Proprie igitur est „farina tenuissima" Nub. 262, Polyaen. 4. 3. 32, al. Cf. παιπάλημα Av. 430. Aeschin. 2. 40. Luc. Pseud. 32. Aeschrio ap. Ath. 8. 335 d. (Anth. VII. 645), verb. παιπαλᾶν Hesych., adi. παιπάλιμος et παιπαλώδης Etym. m. p. 515. 8. — Vide praefat. § 2. α. 1.

παλάσιον, i. e. „ἡ πεπατημένη ἰσχάς", legitur Ar. Pac. 574: ἀλλ' ἀναμνησθέντες, ὦνδρες, τῆς διαίτης τῆς παλαιᾶς, τῶν τε παλασίων ἐκείνων, secund. Poll. idem quod ἰσχὰς κοπτή. Phot. p. 371. 20: παλάσια· τὰ συγκεκομμένα σῦκα. Cf. παλάθη Her. 4. 23. Luc. Pisc. 41. (ἐστὶ δὲ ἐξ ἰσχάδων ἢ σύκων κεκομμένος βῶλος πλινθοειδής). Deminut. παλάθιον: Polemo ap. Ath. 11. 478 c, παλαθίς (idem) Strab. 2. 3. 4. — Vide praefat. § 3 ζ.

παλημάτιον vide s. v. πολφός.

παλίνδικος est „ὁ πολλάκις δικαζόμενος (litigans?)"

secund. Poll. 8. 26 apud Cratetem in fr. 51; cf. ad formam: ὑπόδικος Aeschyl. Plat. Oratt. Lucian., κατάδικος D. Sic. 13. 63, Plut. Flamin. 18, alia. De compositione cf. s. v. βαρυδαιμονεῖν.

παλινδορία est „corium solito crassius et durius, quod calceis usu detritis suppingitur" (Porson. Hecub. praef. LXIV (LVII)) Platon. fr. 164: σὲ μὲν παλινδορίαν παίσας αὐτοῦ καταθήσω. Phot. Hesych.: παλινδορία· τὸ σκῦτος. Poll. 6. 164: παλίμπηγα οἱ κωμικοὶ τὰ παλαιὰ καττύματα, καὶ παλινδορίαν. Cramer. Anecd. Ox. II. 126, 6: παλινδόριον τὸ εἰργασμένον δέρμα. Vocab. ab adverbio πάλιν et verbo δέρειν derivandum est; cf. δορίς i. e. μάχαιρα detrahendae hostiarum cuti destinata Poll. 6. 89. Ath. 4. 169 c, δορικὰ ἱμάτια Hippocr. (pelles), δορά (pellis detracta) Eur. Cycl. 329. Plat. Euthyd. 285 d. Plut. Pelop. 21, similia.

παλλάκιον i. q. μειράκιον sec. Hesych. „adolescentulus" (H. Steph.) legitur Platon. fr. 206: παῖδες, γέροντες, μειράκια, παλλάκια. Παλλάκια· οἱ παῖδες Eustath. 1419, 50. — Vide praefat. § 7. Πάλλαξ et παλλακός, quae possunt esse voces primariae, leguntur in vett. lexic., πάλλακες secund. Kock. medii sunt inter infantes et adulescentes; παλλακῖνος est filius παλλακῆς (Sophron.).

παμβδελυρός Ar. Eccl. 1043. Lys. 969 et **παμμυσαρός** Lys. 969: ταυτὶ μέντοι νυνί σ' ἐποίησ' ἡ παμβδελυρὰ καὶ παμμυσαρά significant hominem „omnino abominandum". Simplicia saepe leguntur. Ceterum vide s v. παγκατάρατος.

παμμυσαρός vide s. v. παμβδελυρός.

πανεύφρων Cratin. fr. 435 a Polluce (6. 163) explicatur πάννυχος, „pernox". Dubitat de hac signifi-

catione Meinekius" (Kock.). Cf. εὐφρόνη (nox) Hes. O. 560. Pind. N. 7. 3. Aesch. Ag. 328. Soph. El. 19. Her. 7. 56. Hippocr. Simplex εὔφρων ad notionem noctis facere non videtur. Ceterum vide παγκατάρατος.

παντοπωλία „omnis generis rerum venditio, παμπρασία" (H. Steph.) legitur Archipp. fr. 31; cf. παντοπωλεῖον, παντοπώλης, ap. Poll. 7. 16, παντοπωλεῖν ap. sequior., παντοπώλιον Plat. Rep. 8. 557 d et seq., παντόπωλις ap. sequiores. De compositione cf. ἀγριοποιός.

παντόσοφος vide ad voc. παντόφθαλμος.

παντόφθαλμος „omni ex parte oculos habens" legitur Aristoph. fr. 628: ἰκτῖνα παντόφθαλμον ἁρπαγαῖς τρέφων. Ad formam cf. κοιλόφθαλμος Xen. de re equ. 1. 8. Aristot. physiogn. 6, ἐξόφθαλμος Plat. Theaet. 209 c, al., εὐόφθαλμος Xen. Cyr. 8. 1. 41, μικρόφθαλμος ap. sequior., similia. De compositione v. βαρυδαιμονεῖν. Eodem modo compositum est παντόσοφος Platon. fr. 90: χαῖρε παλαιογόνων ἀνδρῶν θεατῶν σύλλογε παντοσόφων. Cf. πάνσοφος Eur. Herc. 188. Plat. Rep. 10. 598 d, sequior., παντόσεμνος Aesch. Eum. 607, ὑπέρσοφος Ar. Ach. 971. Plat. Euthyd. 289 e.

παπαπαπαῖ exclamationis particula legitur Ar. Thesm. 1191: φίλησον αὐτόν. ὂ ὂ ὂ, παπαπαπαῖ. Sic cod. R., παπαπαπαπαῖ N., ἀππαπαππαπαὶ Bentl., παππαπαῖ Dindf.; cf. Eur. Cycl. 503: παπαπαῖ, Nub. 390: παπαπάππαξ etc., voc. παππάξ, παπαῖ apud tragg. Her. Aristoph. Plat. sequiores. — Vide praef. § 6.

παππάξ et παπαπαππάξ, voces imitantes crepitantem alvum, leguntur Ar. Nub. 390 et 391: χὤταν χέζω, κομιδῇ βροντᾷ παπαπαππὰξ ὥσπερ ἐκεῖναι. Cf. βομβάξ et βομβαλοβομβάξ Thesm. 48 et 45, εὐρὰξ πατάξ Av. 1258, πάξ Diphil. 4. 419, πάγξ Hesych. — Vide praef. § 6.

παππεπίπαππος „proavus" est Philonid. fr. 15 aut Nicophont. fr. 22: *νυνὶ δὲ Κρόνου καὶ Τιθωνοῦ παππεπίπαππος νενόμισται.* Apud Pollucem enim, e quo hoc fragmentum haustum est, cod. F habet Νικοφῶν, al. Φιλωνίδης. Poll. 3. 18: *οὐ γὰρ προσίεμαι τὸ παππεπίπαππος, εἰ καί τινες τοῦτο τὸν τοῦ πάππου πάππον ὠνόμασαν, ἀλλ' ἐστὶ τοὔνομα δεινῶς ἰδιωτικόν· καίτοι Φιλωνίδης ὁ κωμικὸς αὐτῷ κέχρηται κ. τ. λ.* — Cf. praefat. § 1 γ. Vocab. *ἐπίπαππος* commemorant Hesych. Poll. 3. 18. Schol. Soph. O. R. 183.

παραδιακονεῖν „administro, inservio" legitur Ar. Av. 838: *ἄγε νυν σὺ μὲν βάδιζε πρὸς τὸν ἀέρα, καὶ τοῖσι τειχίζουσι παραδιακόνει.* Cf. *προδιακονεῖν* Ioseph., *ὑποδιακονεῖσθαι* Poll. 4. 92, *ἀντιδιάκονος* Strab., *συνδιάκονος* et *ὑποδιάκονος* Posidipp. 4. 521. Simplex *διακονεῖν* saepius invenitur. — Vide praefat. § 5.

παράθραυσμα „fragmentum" legitur Aristoph. fr. 366: *πεντελίθοισί θ' ὁμοῦ λεκάνης παραθραύσμασι* <*παῖσαι*> (Herw. Nov. add. crit. 17). Simplex *θραῦσμα* eodem sensu invenitur ap. Aesch. Pers. 417. D. Hal. 10. 2. D. Sic. 3. 12. Luc. hist. conscr. 25, verbum *παραθραύω* sensu proprio (= confringo) ap. sequior., metaphor. ap. Plat. Legg. 6. 757 e, *παράθραυσις* ap. sequiores. De formatione cf. ad *βωμολόχευμα.*

παρακαττύω „assuo vel consuo" legitur Ar. Plut. 663: *ἡμῶν δ' ἕκαστος στιβάδα παρεκαττύετο.* Schol.: *εὐτρεπίζω.* Simplex *καττύω* est Plat. Euthyd. 294 b. Ar. Eq. 314. Alciphr. 3. 58. Athen. 9. 370 a. Hesych. Cf. *ἐγκαττύω* Alex. 3. 423, *συγκαττύω* Luc. hist. conscr. 23, *ἐπικαττύω* Com. anon. 4. 665. — Vide praef. § 5.

παρακελητίζειν vide ad voc. *κέλης.*

παρακλείδιον vide ad voc. *παρασημεῖον.*

παρακόπτω „fraudo" legitur Ar. Nub. 640, Eq. 807 et 859: ὅσον με παρεκόπτου χρόνον τοιαῦτα κρουσιδημῶν. Cf. παρακρούεσθαι eodem sensu Plat. Crat. 393 c. Dem. p. 483. Din. 1. 66. Luc. Tim. 57. Παρακόπτω proprie est „perperam cudo monetam" D. Sic. 1. 78, et inde tropice invenitur de hominibus, qui sunt τοῦ πονηροῦ κόμματος Arist. Ach. 517: ἀνδράρια μοχθηρά, παρακεκομμένα. Etiam „deliro" significat de eo qui est παρακεκομμένος τὰς φρένας: Eur. Hipp. 238. Aristot. de mirab. 31. D. L. 4. 44 etc. — Vide praef. § 2 β.

παρακορεῖν „converro, verrendo purgo" legitur Platon. fr. 69, v. 3, et Philyll. fr. 3: ἀλλ' ἀφαιρεῖν ὥρα 'στὶν ἤδη τὰς τραπέζας, εἶτα παρακορῆσαι. Simplex κορεῖν est ap. Hom. Aristoph. Eupol. Demosth. al.; cf. comp. ἀνα- et ἀπο-κορεῖν in vett. lexic., ἐκκορεῖν apud Aristoph. Menand. Alciphr., περικορεῖν Etym. m. — Vide praefat. § 5.

παραλέγεσθαι vide s. v. καταπιττοῦν.

παραλοῦσθαι „iuxta lavari" legitur Ar. fr. 55: ἀλλὰ πάντας χρὴ παραλοῦσθαι καὶ τοὺς σπόγγους ἐᾶν. Simplex λοῦσθαι passim invenitur; cf. praefat § 5, compos. συλλοῦσθαι Luc. D. Meretr. 3. 2, ἀπολοῦσθαι Hom. Od. 6. 219, ἐκλοῦσθαι Aeschyl. fr. 25.

παραμαίνομαι insanio, desipio" legitur Amips. fr. 10: ὥστε ποιοῦντες χρησμοὺς αὐτοὶ διδόασ' ᾄδειν Διοπείθει τῷ παραμαινομένῳ. Idem est quod simplex μαίνομαι, quod passim invenitur. „Παραμαίνεσθαι ad analogiam verbi παραπαίειν novavit" (Kock.). — Vide praef. § 5.

παραπρίσματα proprie „scobs quam serrae dentes egerunt e ligno, quod dissecatur, ramenta" Ar. Ran. 881 usurpatur = λεπτολογίαι, de verbis Euripidis: Μοῦσαι, ἔλθετ' ἐποψόμεναι δύναμιν δεινοτάτοιν στομάτοιν

πορίσασθαι κνίσματα καὶ παραπρίσματ' ἐπῶν. Simplex πρίσμα (πρῖσμα?) (scobs) est Theophr., Lucill. 24 (XI. 207). De formatione ad βωμολόχευμα.

παρασημεῖον „signum adulterinum" et παρακλείδιον „clavis adulterina (Kock.) leguntur Platon. fr. 77. — Vide praef. § 5.

παραστορέννυμι „distendo" legitur Ar. Eq. 481: ἐγώ σε νὴ τὸν Ἡρακλέα παραστορῶ. Schol.: = ἐκτείνω· ἀπὸ τῶν βυρσῶν. Cf. simpl. στορέννυμι ap. Thuc. 6. 18 et Epigr. ap. Lycurg. 109 (ubi = prosterno), ἐπιστορέννυμι Od. 4. 50. Nonn. Dionys. 1. 51, καταστορέννυμι Od. 17. 32. Il. 24. 798. Xen. Cyr. 33. 28, etc., περιστορέννυμι Nonn. D. 2. 560, συστορέννυμι Diphil. 4. 400, ὑποστορέννυμι Od. 20. 139. Xen. Cyr. 8. 8. 16. Ar. Eccl. 1030. — Vide praefat. § 5.

παραχαλᾶν „fatisco, rimas ago" de navibus legitur Ar. Eq. 434: κἀγώγ', ἐάν τι παραχαλᾷ, τὴν ἀντλίαν φυλάξω. Opponitur τῷ „στέγειν" Thuc. 2. 94. Verbum significat etiam „relaxo", apud Hippocratem. — Vide praefat. § 2 β.

παραχορδίζω „aberro", „ἁμαρτάνω" legitur Ar. Eccl. 295: ὅπως μηδὲν παραχορδιεῖς ὧν δεῖ σ' ἀποδεῖξαι. Schol.: παρὰ ῥυθμὸν ποιεῖν, παραφθέγγεσθαι. Proprie est: ἁμαρτεῖν κιθαρίζοντα (B. A. 113. 2.). Cf. vocabula qualia sunt παραπαίειν Aesch. fr. 318. Polyb. 3. 21. 9, et παράμουσος Eur. Phoen. 792. De compositione: ἐκκαυλίζω.

παροινικός „temulentus et petulans" legitur Ar. Vesp. 1300 et Ach. 981: οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται συγκατακλινεὶς, ὅτι παροινικὸς ἀνὴρ ἔφυ. Verbum παροινεῖν est Eccl. 413. Plat. Euthyphr. 4 c. Xen. Anab. 5. 8. 4. Dem. 54. 4. Plut. def. orac. 50, subst. παροινία Xen. Conv. 6. 1. Aesch. 1. 61. Dem. 19. 198,

παροινιάζω Hesych., *πάροινος* (*ἄνθρωπος*) Lys. 4. 8. Antiphan. 3. 80. Luc. Tim. 55. „Aliud est *παροίνιος* (= *παρ' οἴνῳ ὤν*) Anacr. 2. 8. Xen. Hier. 6 2. Luc. salt. 34. Similiter inter se differunt *βάκχιος* (ad Bacchum pertinens) et *βακχικός* (temulentus); etiam igitur Ach. v. 981 *παροινικός* legendum est" (Blayd. annot. crit.).

παροψίς metaphorice „additamentum" legitur Magnet. fr. 2: *καὶ ταῦτα μέν μοι τῶν κακῶν παροψίδες*, Platon. fr. 43 v. 4, Metagen. fr. 14: *καιναῖσι παροψίσι εὐωχήσω τὸ θέατρον.* Primo loco vox usurpatur de „malorum alicuius additamentis" (Meinek.), ap. Platon. de „voluptatis venereae additamentis", ap. Metagenem de „novis quibusdam additamentis ad fabulas suas, quibus spectatores quasi novis ferculis delectentur" (secund. Kock.). Παροψίς (= obsonium) praeter comicos habent Xen. Cyr. 1. 3. 4 et sequior. (Artemidor. 1. 74). — Cf. praefat. § 2 α 1.

παροψωνεῖν „clam obsonia coemo" legitur Ar. Eccl. 226: *αὐταῖς παροψωνοῦσιν ὥσπερ καὶ πρὸ τοῦ* et Cratin. fr. 92. Schol. *λάθρᾳ ὀψωνεῖν.* Cf. *παροψώνημα* Aesch. Ag. 1422, *παροψίς* sub voc., *παρόψημα* Ath. 9. 367 c. Philostr., *παροψῶμαι* Luc. merc. cond. 29, *ὑποψωνεῖν* s. v., *προσοψωνεῖν* Ath. 8. 331 c, *ὑπεροψωνεῖν* Phryn. B. A. 17. Simplex *ὀψωνεῖν* invenitur Ar. Vesp. 495. 1505. Xen. Mem. 3. 14. 1. Plut. Symp. 7. 5, etc.; vide praef. § 5.

παρυφές „est *ἱμάτιον* utrimque attextum habens limbum purpureum" (H. Steph.); legitur Ar. fr. 320, v. 7. Poll. 7. 53: *παρυφὲς δὲ καὶ παραλουργὲς τὸ ἑκατέρωθεν ἔχον παρυφασμένην πορφύραν.* Photius: *παράπηχυ· ἱμάτιον τὸ παρ' ἑκάτερον μέρος ἔχον πορφύραν· τοῦτο δὲ καὶ παρυφὲς καλοῦσιν.* Cf. *παρυφή* (clavus, limbus pur-

pureus) Plutarch., Ath. 12. 521 b, Poll. 7. 53 et 62, qui eodem sensu habent *παρύφασμα*. — Vide praefat. § 3 *θ*.

παστάλη „pauxillum", „*βραχύ τι, ἐλάχιστόν τι*" legitur Ar. Vesp 91: *ὕπνου δ' ὁρᾷ τῆς νυκτὸς οὐδὲ παστάλην*. Proprie est farina quaedam. Phot.: *παστάλη· τὰ κέγχρινα ἄλευρα*. Similia vide s. v. *στίλη*. Cf. etiam s. v. *παιπάλη*. — Vide praefat. § 2 *α* 1.

παστέος adi. verb. verbi *πάττω*, spargo, legitur Ar. Pac. 1074: *τοῖς ἁλσί γε παστέα ταυτί* = „spargendus". — Vide praef. § 11 *β*.

πατερίζω „patrem appello" legitur Ar. Vesp. 652: *ἀτὰρ, ὦ πάτερ ἡμέτερε Κρονίδη — παῦσαι καὶ μὴ πατέριζε*. Schol. *πατέρα καλεῖν*. Cf. *ἀδελφίζω* Isocr. 19. 30. Harpocr. 5. 9, *θυγατρίζω* V. L. L., *βακίζω* Ar. Pac. 1972, *καρδαμίζω* Ar. Thesm. 617, similia. Vide de formatione s. v. *βαρβιτίζω*.

πατρίδιον „paterculus" legitur Ar. Vesp. 986: *ἴθ', ὦ πατρίδιον, ἐπὶ τὰ βελτίω τρέπου*. Etiam Xenarch. 3. 617 et Theophil. 3. 627 vocabulo usi sunt. Cf. *παππίδιον* Vesp. 655. Eq. 1215, *μητρίδιον, θυγατρίδιον, ἀδελφίδιον* sim.; vide praefat. § 7. Vocabulum pertinet ad deminutiva blanda.

παυσικάπη vide s. v. *καρδοπεῖον*.

παφλάζω metaphorice „ebullio, effervesco" legitur Ar. Eq. 919: *ἀνὴρ παφλάζει, παῦε παῦ' ὑπερζέων* et Pac. 314; cf. Timocl. fr. 16. Proprie dicitur de mare, Hom. Il. 12. 798, sive de aqua vel cibo ebulliente, cf. Eubul. fr. 112. Antiphan. fr. 217, 4. — Vide praef. § 2 *κ* 1. Substantivum *παφλάσματα* „verba insolentia, turgida, elata" legitur Ar. Av. 1243: *ἄκουσον, αὕτη· παῦε τῶν παφλασμάτων*. Idem composuit *πομφο-*

λυγοπάφλασμα Ran. 249. B. A. 60: *ψευδεῖς καὶ ἀλαζόνες λόγοι καὶ ἀναζέοντες ὥσπερ ἐκ πυρός.* De formatione ad *βωμολόχευμα.*

πάφλασμα vide s. v. *παφλάζω.*

πεδίον vide ad voc. *βληχωνίας.*

πέδων „servus, qui paene semper compedibus vinctus est" legitur Aristoph. fr. 837. Sic *στίγων* „servus stigmate notatus" est ap. eundem (fr. 97), i. q. *στιγματίας* Ar. Lys. 331. Xen. Hell. 5. 3. 24. Luc. Tim. 17. *Τριπέδων* = *τρίδουλος* habet Eustathius 1542. 48. Cf. *πεδότριψ*, ferritriba, Luc. Tim. 14, ubi pessime quidam edunt *παιδότριψ*, Saturn. 8, quod similiter derivatum puto ex comoedia. Ceterum vide s. v. *γλύκων*, et praefat. § 1 *γ*.

πεζίς „fimbria, limbus, *ἡ ᾤα τοῦ ἱματίου*" legitur Aristophan. fr. 485. Idem est quod *πέζα* Ap. Rhod. 4. 46. Antip. Sid. 23 (VI. 287). Poll. 7. 51. Cf. s. v. *ᾤα.* — Vide praefat. § 7. Voc. *πλατυπόρφυρα* (sc *ἱμάτια*) „vestes latum ex purpure limbum habentes" est Archipp. fr. 39. Cf. *ὁλοπόρφυρος* Xen. Cyr. 8. 3. 13, *περιπόρφυρος* Crates fr. 31. Polyb. 6. 53. 7, Luc. D. Mer. 9, al., *πορφυροβαφής* Poll. 7. 63, omnia de vestibus. De compositione ad *βαθύκομος.*

πεντελιθίζειν Hermipp. fr. 34 et *πεντέλιθα* Aristoph. fr. 366: *πεντελίθοισί θ' ὁμοῦ λεκάνης παραθραύσμασι* <*παῖσαι*> (Herw. Nov. add. crit. 17) usurpantur *ἐπὶ παιδιᾶς εἴδους*, quod explicat Pollux 9. 126: *τὰ δὲ πεντέλιθα, ἤτοι λιθίδια ἢ ψῆφοι ἢ ἀστράγαλοι πέντε ἀνερριπτοῦντο, ὥστ' ἐπιστρέψαντα τὴν χεῖρα δέξασθαι τὰ ἀναρριφθέντα κατὰ τὸ ὀπισθέναρ* (exteriorem manus partem), *ἢ εἰ μὴ πάντα ἐπισταίη, τῶν ἐπιστάντων ἐπικειμένων ἀναιρεῖσθαι τὰ λοιπὰ τοῖς δακτύλοις. γυναικῶν δὲ μᾶλλον ἡ παιδιά.*

Scribendum est πεντέλιθα (non πεντα-) sec. Phot. et Lob. Phryn. 413. De formatione verbi vide ἀνθρακίζω.

περαντικός „peritus ad concludendum aliquid" legitur Ar. Eq. 1378: περαντικὸς καὶ γνωμοτυπικὸς καὶ σαφὴς καὶ κρουστικός. Bekk. Anecd. p. 60. 11: περαντικὸς ῥήτωρ· ὁ πέρας τοῖς λόγοις ἐπιτιθεὶς ἐν ταῖς ἀποδείξεσι διὰ δύναμιν λόγων. „Idem est συλλογιστικός, περαίνειν enim est argumentis in syllogismi formam redactis aliquid concludere" (Kust.). Sed περαίνειν etiam est βινεῖν (Artemidor. Lucian. Clem. Al. Diog. Laert.), potest igitur περαντικός etiam obscoenam habere notionem. — Vide praefat. § 4. De formatione cf. s. v. βαδιστικός.

πέρδομαι „pedo" legitur Ar. Plut. 176. Eq. 115. Nub. 9. 392. Pac. 335. Vesp. 1177. 1305. Ach. 30. Eccl. 78. 464, Pherecrat. fr. 88: πρὸς τῇ κεφαλῇ μου λάσανα καταθεὶς πέρδεται, unde πορδή Nub. 393. Ceterum cf. s. v. καταπέρδομαι. — Vide praef. § 3 θ.

περιαλουργός propie „circumpurpuratus" Ar. Ach. 856 metaphorice usurpatur: ὁ περιαλουργὸς τοῖς κακοῖς, „tinctus malis". Schol.: ὁ κακοῖς βεβαμμένος. Simplex ἁλουργός modo proprie usurpatur. Plat. Rep. 4. 429 d. Arist. color. 5; cf. ἁλουργής Aesch. Ag. 920. Plat. Phaed. 110 e. — Vide praef. § 2 α 3 et 5. De compositione cf. ad ἀμφαρίστερος.

περιαμφίδες Eupol. fr. 436 a Polluce 6. 90 explicatur: τὰς δὲ τοῦ δοίδυκος ἐν τῇ θυΐᾳ περιαγωγὰς περιαμφίδας Εὔπολις κέκληκεν. Vocabulum formatum videtur e praepositionibus περί et ἀμφί(ς), quasi sit hoc substantivum quod habeat genetivum in -δος. — Cf. praef. § 1 α.

περιβαρίς „genus vile calceamenti" legitur Ar. Lys. 45. 47. 53, Theopomp. fr. 52, Cephisodor. fr. 4: νῦν

δ' ὥσπερ ἡ θεράπαιν' ἔχω περιβαρίδας. Βᾶρις est navigium quoddam Aegyptiorum Her. 2. 41. Eur. I. A. 297, ad cuius similitudinem fortasse calcei περιβαρίδες nominati sunt. — Cf. praefat. § 3 θ.

περιέρρω „circumvagari" legitur Ar. Eq. 533 et Pherecrat. fr. 90: ζητῶ περιέρρων αὐτὸν ἐξ ἑωθινοῦ. Cf. s. v. ἀνέρρω. — Vide praefat. § 5.

περικοκκάζω „derideo" legitur Ar. Eq. 697: ἀπεπυδάρισα μόθωνα, περιεκόκκασα. Sic Dind. Fritsch. Mein., περιεκόκκυσα codd. A. C. P. S. V. Δ. Θ. X. Schol. Photius p. 416. 16: περιεκόκκασα· περιεγέλασα. Cf. voc. ἐπικοκκάστρια s. v. Eustathius habet ἐπικοκκάζειν ὕβρει. — Vide praefat. § 1 γ.

περίκομμα „minutal, i. e. edulium ex herbis carnibusque concisis" legitur Ar. Eq. 372: περικόμματ' ἐκ σου σκευάσω, fr. 130, v. 2, Metagen. fr. 6, v. 7. De formatione s. v. βωμολόχευμα. — Cf. praefat. § 3 ζ. Deminutivum περικομμάτιον est Equit. 770: εἰ μή σε φιλῶ, κατατμηθεὶς ἑψοίμην ἐν περικομματίοις. Etiam Alexis, Damoxenus, Dionysius et Athenio comici vocabulis usi sunt. Ad formam cf. ἀπόκομμα Theocr. 10. 7. Luc. V. Hist. 1. 18, διάκομμα Hippocr., παράκομμα Philo et sequior., πρόσκομμα Ath. 3. 97 f. — Vide praefat. § 7.

περίκομψος „admodum scitus, ingeniosus" legitur Ar. Pac. 994: παῦσον δ' ἡμῶν τὰς ὑπονοίας τὰς περικόμψους. Cf. simpl. κομψός Av. 195. Thesm. 93. Vesp. 1317. Plat. Rep. 3. 318 b. Eur. Rhes. 625. De compositione cf. s. v. ἀμφαρίστερος et praefat. § 5.

περικωμάζειν „comissabundus circumeo" legitur Ar. Vesp. 1025: παλαίστρας περικωμάζειν πειρῶν. Cf. composit. εἰσκωμάζω Luc. Lexiph. 9, ἐπικωμάζω Plat. Legg.

12. 950 a. Ar. Ach. 982. Polyb. 26. 10. 5. Plut. am. narr. 2 etc., καταχωμάζω Eur. Phoen. 355, προσκωμάζω Philostr. Simplex κωμάζω passim invenitur. — Vide praefat. § 5.

περικωνεῖν „circumcirca illino" legitur Ar. Vesp. 600: τὸν σφόγγον ἔχων ἐκ τῆς λεκάνης τἀμβάδι' ἡμῶν περικωνεῖ. Schol. κύκλῳ περιψᾷ. Etym. m. p. 551, 23: κωνῆσαι· κυρίως τὸ κέραμον πισσῶσαι. Derivatur a nomine κῶνος = pinus, cf. Theophr. H. pl. 3. 9. 5. — Vide praefat. § 5.

περιλέγειν legitur Hermipp. fr. 92 et *περίλεξις* Ar. Nub. 318: Νεφέλαι, αἵπερ γνώμην καὶ διάλεξιν καὶ νοῦν ἡμῖν παρέχουσι καὶ τερατείαν καὶ περίλεξιν. Explicationem dabunt Pollux (II. 125) Ἕρμιππος δὲ ὁ κωμικὸς καὶ περιλέγειν εἴρηκε τὸ περιέρχεσθαι τῷ λόγῳ, οἷον περισσὰ λέγειν et Hesych.: περιλέγειν· τὸ περισσὰ λέγειν („superflua loqui"). Cf. περισσολογεῖν, περισσολογία Isocr. 12. 88. D. Hal., περισσολόγος ap. sequiores. De formatione v. περίλεξις cf. s. v. γυναίκισις.

περινέφελος „nubibus circumdatus" legitur Ar. Av. 1192: ἀλλὰ φύλαττε πᾶς ἀέρα περινέφελον. Cf. ἀνέφελος Hom. Od. 6. 45, ἐπινέφελος Her. 7. 37. Aristot. probl. 25. 18, συννέφελος Thuc. 8. 42. Alciphr. 1. 10, ὑπερνέφελος Luc. Icarom. 2, ὑπονέφελος Luc. fugit. 25; περινέφελος pertinet ad ea, quae oriunda sunt e compositione praepositionis et nominis, et quae subiectum extra compositionis terminum positum habent; derivandum est a νεφέλη substantivo, ita ut περί participii notionem habeat, velut περιβεβλημένος νεφέλαις.

περιπεταστόν „basii quoddam genus" legitur Ar. Ach. 1201: φιλήσατόν με μαλθακῶς, ὦ χρυσίω, τὸ περιπεταστόν, dictum ἀπὸ τοῦ περιπετάννυσθαι. Schol. εἶδος

φιλήματος ἐρωτικοῦ, ἐν ᾧ δεῖ τὴν γλῶτταν τῶν καταφιλούντων λείχειν. Ceterum vide s. v. μανδαλωτόν.

περισοφίζομαι „sophistice circumvenire" legitur Ar. Av. 1646: οἴμοι τάλας, οἷόν σε περισοφίζεται = περιέρχεται σοφιζόμενος, ἐξαπατᾷ (Schol.). Ceterum cf. s. v. διασοφίζομαι. — Vide praef. § 5.

περισσοκαλλής „supra modum pulcher" legitur Cratin. fr. 238, v. 3: ἄνδρες ἀγανόφρονες ἡδυλόγῳ σοφίᾳ τρόπων (Herw.) περισσοκαλλεῖς, dictum de pulchritudine animi, ingenii. Cf. περικαλλής Hom. Od. 11. 281 et saepius. Hes. Th. 10. Her. 7. 5. Ar. Thesm. 282. Luc. Nigr. 23, al., ὑπερκαλλής Xen. Cyr. 5. 1. 17, ἀκαλλής Luc. hist. conscr. 48. Prom. 14. De compositione vide βαρυδαιμονεῖν.

περιστέριον „parvula columba" legitur Pherecrat. fr. 135, et Phrynich. fr. 51: περιστέριον δ' αὐτῷ τι λαβὲ τριωβόλου. Deminutivum est vocab. περιστερά Her. 1. 138. Ar. Lys. 755. Plat. Theaet. 198 d, al.; cf. demin. περιστερίδιον Ath. 14. 654 a. — Vide praefat. § 7. Apud Pherecratem deminutivum est ex iis quae vocantur blanda (ὑποκοριστικά), ap. Phryn. videtur esse dem. proprium.

περίτριμμα „valde tritus" legitur Aristoph. Nub. 447: εὑρησιεπής, περίτριμμα δικῶν. Imitatus est Dem. 18. 127: περίτριμμα ἀγορᾶς. Cf. praefat. § 12, Ach. 937: τριπτὴρ δικῶν, Bekk. Anecd. 59, 32: περίτριμμα πραγμάτων, οἷον τετριμμένον ἱκανῶς πράγμασιν. Ceterum vide s. v. τρίμμα.

περιφύσητος „flatu undique oppressus, ambustus" legitur Ar. Lys. 323: πέτου, πέτου, Νικοδίκη, πρὶν ἐμπεπρῆσθαι Καλύκην τε καὶ Κρίτυλλαν περιφυσήτω ὑπὸ νόμων ἀργαλέων. Schol.: λείπει πυρί. Cf. ἀφύσητος ap. Hippocr.

Simplex φυσητός tantummodo occurrere videtur in vocabulo (τὸ) φυσητόν, quod fuit flabellum sive follis ad ignem excitandum, de quo cf. Boeckh. Staatsh. II p. 308. De compositione ad ἀμφαρίστερος. — Vide praefat. § 5.

περσικαί „persicae crepidae, persici calcei" legitur Ar. Lys. 229. 230. Nub. 151. Eccl. 319. Thesm. 734: ἀσκὸς ἐγένεθ' ἡ κόρη οἴνου πλέως, καὶ ταῦτα Περσικὰς ἔχων. Est genus vile calceamenti feminei. Poll. 7. 92: ἴδια δὲ γυναικῶν ὑποδήματα περσικαί. Schol.: ὑποδημάτων εἶδος γυναικείων. — Cf. περιβαρίς. Vide praefat. § 3 θ.

πεσσονομεῖν „calculis ludere" habet Crates fr. 7. Poll. 7. 204: τὸ πεσσοῖς παίζειν. Metaphorice voc. usus est Aeschyl. Suppl. 12 (= ordino, dispono). Idem est πεσσεύω, notione propria ap. Plat. Rep. 6. 487 b. Xen. Mem. 3. 9. 9. Polyb. 40. 7. 2. Ad formam cf. οἰκονομεῖν Soph. El. 183. Plat. Lys. 209 d. Polyb. 4. 27. 6, alia. De compositione cf. ἀγριοποιός. — Vide praef. § 3 θ.

πηλοφορεῖν „lutum fero s. baiulo" legitur Ar. Av. 1142 et Eccl. 310: νυνὶ δὲ τριώβολον ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν πράττωσί τι κοινὸν, ὥσπερ πηλοφοροῦντες. Subst. πηλοφόρος est ap. Suid. Verbum igitur est decompositum. Quod ad formam attinet cf. s. v. ξυροφορεῖν.

πηνικίζω „decipere, fraudare" legitur Cratin. fr. 319: πονηροὺς ἀνθρώπους ... πηνικίζων [ἐξαπατᾷ] (locus corruptus). Suid.: πηνικίζειν· ἐξαπατᾶν. Idem est quod φενακίζω ap. Aristoph. Demosth. Plutarch. Πηνίκη s. πηνήκη est ἡ ἐπίθετος κόμη, coma falsa, Luc. D. Mer. 12. 5. Poll. 2. 30; 10. 170, i. q. φενάκη Luc. Alex. 89 et al. sequior. — De formatione cf. ad βαρβιτίζειν.

πιθηκίζειν „simiam agere, i. e. adulari" legitur Ar. Vesp. 1290: ταῦτα κατιδὼν ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα.

Scytha Thesm. 1133 ex eo facit πιτηκίζειν. Subst. πιθηκισμός „adulatio" est Eq. 887: οἴμοι τάλας, οἵοις πιθηκισμοῖς με περιελαύνεις. Imitatus est M. Ant. 9. 37. — Cf. praef. § 12. Subst. πίθηκος est Plat. Rep. 9. 590 b. Luc. Pisc. 34. Diogen. 7. 94. Vide etiam voc. δημοπίθηκος.

πιθηκισμός vide s. v. πιθηκίζειν.

πινακηδόν „in modum tabularum" legitur Ar. Ran. 824: ῥήματα γομφοπαγῆ πινακηδὸν ἀνασπῶν (Herw.) γηγενεῖ φυσήματι. Schol.: ὥσπερ πίνακας ἀπὸ πλοίων ἀποσπῶν τὰ ῥήματα. Πίναξ (tabula navis) Hom. Od. 12. 67. Opp. Hal. 1. 194 etc. Ceterum vide s. v. κριηδόν.

πινακοπώλης „qui aves in tabula collocatas vendit" legitur Ar. Av. 14: ἡ δεινὰ νὼ δέδρακεν οὑκ τῶν ὀρνέων, ὁ πινακοπώλης, Φιλοκράτης μελαγχολῶν. Hesych.: ὀρνιθοπώλης. τίλλοντες γὰρ αὐτὰ καὶ τιθέντες ἐπὶ πίνακος ἐπώλουν τὰ λεπτὰ ὁρμαθίζοντες. Cf. ὀρνεοπώλης Schol Av. 13, ὀρνιθοπώλης Poll. 7. 198. Poll. 7. 197: πινακοπῶλαι· ἐκάλουν δ' οὕτως οἱ ποιηταὶ τῆς κωμῳδίας τοὺς ὄρνις πιπράσκοντας. De compositione cf. s. v. ἀγριοποιός.

πιππίζω „pipio" de avibus legitur Ar. Av. 307: πιππίζουσι καὶ τρέχουσι διακεκραγότες. Hesych.: κατὰ μίμησιν ἡ λέξις πεποίηται τῆς τῶν ὀρνέων φωνῆς. Cf. πίππος s. πίπος = „pipio", avis pullus, Athen. 9. 368 f. De formatione vide βρύλλω.

πιτυλεύω = „μογεῖν" legitur Ar. Vesp. 678: σοὶ δ' ὧν ἄρχεις πολλὰ μὲν ἐν γῇ πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ πιτυλεύσας οὐδεὶς οὐδὲ σκορόδου κεφαλὴν τοῖς ἑψητοῖσι δίδωσι. Schol.: πίτυλος καλεῖται ἡ καταβολὴ τῆς κώπης. Proprie est „manus in remigando celeriter movere"; πίτυλος est Eur. Tr. 1123. I. T. 1050, tropice: Aesch. Sept. 838. Eur. Tr. 1235, πιτυλίζω = celeriter manus movere

(in arte gladiatoria) Hippocr. Suid. De forma vide s. v. ἐντερεύω.

πλανύττω „vagor, oberro" legitur Ar. Av. 3: τί, ὦ πονήρ', ἄνω κάτω πλανύττομεν; comice dictum pro πλανᾶσθαι. Ad formam cf. πτερύσσομαι Diphil. 4. 404. Luc. Icarom. 14. Ael. H. A. 7. 7, κινύσσομαι Aesch. Cho. 194. De verbis deminutivis vide s. v. βδύλλω.

πλατειάζω „τὸ πλατείᾳ τῇ χειρὶ παῖσαι" (Phot.) legitur Pherecrat. fr. 224; cf. τυπτόμενος ταῖσι πλατείαις Ar. Ran. 1096, πλατεῖαι „verbera palma inflicta" (Kock.) Ar. fr. 442. Πλατειάζω est etiam „rustice, ore diducto loquor" Theocr. 15. 87, et „ἀλαζονεύεσθαι, iacto" ap. Hesych. De formatione cf. s. v. ἀνθρακίζω. — Vide praefat. § 2 β.

πλατοῦν „latum reddere" legitur Ar. Ach. 552: τὸ νεώριον δ' αὖ (πλέων ἐστὶ) κωπέων πλατουμένων. „Πλάτη est palmula, i. e. lata pars remi, unde πλατοῦν palmulam facere, formare, aptare" (Valck. ad Herod. 5. 23). „Πλατοῦν = securi inferiorem partem remi (πλάτην) edolare" (Mueller). Πλάτη est ap. Aesch. Suppl. 127. Soph. Ai. 351. Eur. Troad. 877, et sequior. poetas. De formatione cf. s. v. βαλανοῦν.

πλατυγίζω „strepito" legitur Ar. Eq. 830: τί θαλαττοκοπεῖς καὶ πλατυγίζεις; „Proprie πλατυγίζω est extremo remo, quae pars illius lata est, ferire mare et strepitum edere" (Casaub.). Etiam usurpatur de voce anserum ap. Eubul. 3. 260: χῆνα πλατυγίζοντα. Πλαταγεῖν = manu plausum edo est Theocr. 8. 88, = feriendo strepitum edo Bion. 1. 4. Antp. Sid. 27 etc. Πλάτυγξ Hesychio est idem quod πλάτη (lata pars remi); cf. πλάτιγξ Lob. Phryn. p. 72. — Vide praef. § 2. α. 1.

πλατυπόρφυρα vide s. v. πεζίς.

πλειστάχοθεν vide s. v. ταχεωστί.

πλευστέα adi. verb. verbi πλέω, „navigandum", legitur Aristoph. Lys. 411: ἐμοὶ μὲν οὖν ἔστ' ἐς Σαλαμῖνα πλευστέα. Cf. praefat. § 11 β.

πλινθοφόρος „qui lateres baiulat" legitur Ar. Av 1134: οὐκ Αἰγύπτιος πλινθοφόρος, οὐ λιθουργός, οὐ τέκτων παρῆν. Verbum πλινθοφορεῖν Av. 1149. Polyaen. 8. 24. 2. Ad formam cf. ἀσπιδοφόρος ap. sequior., σακεσφόρος Soph. Ai. 19, σημαιοφόρος Polyb. 6. 24. 6, τοξοφόρος Eur. Troad. 802, ὑδροφόρος Luc. vit. auct. 7. Her. 3. 14, similia De compositione cf. ἀγριοποιός. — Vide praefat § 3 β.

πλοκάδες „coma plexa, intorti crines" (H. Steph.) legitur Pherecrat. fr. 225. Poll. 2. 28: πλοκάδας Φερεκράτης τοὺς γυναικείους πλοκάμους λέγει. Πλόκος idem est ap. tragg., πλόκαμος apud plurimos scriptores, praesertim poetas, πλοκαμίς ap. Theocr., Bion., Oppian., Agath.

πλουθυγίεια „divitiae cum sanitate coniunctae" legitur Ar. Vesp 677, Av. 731, Eq. 1091: μοὐδόκει ἡ θεὸς αὐτὴ τοῦ δήμου καταχεῖν ἀρυταίνῃ πλουθυγίειαν. Pro hoc voc. Pindarus (Ol. V. 55.) verba ὑγίεις ὄλβος usurpavit. De compositione cf. s. v. γρυπάετος.

πλούταξ „qui valde dives est" legitur Eupol. fr. 159, vs. 9: κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ. Nomina denominativa in -αξ exeuntia cf. s. v. θαλάμαξ. Vide praefat. § 1 γ et Poll. 3. 109: „ὁ δ' Εὐπόλιδος πλούταξ πέπαικται."

ποάστριαι „quae noxias herbas vellunt et extirpant" legitur Archipp. fr. 44: ταῖς γυναιξὶ ταῖς ποαστρίαις. Ita etiam inscriptae fuerunt fabulae Magnetis (fr. 5) et

Phynichi (fr. 38—43). Hesych.: ποάστριαι· οὐ μόνον αἱ τὴν πόαν ἐκ τοῦ σίτου, ἀλλὰ καὶ τὴν καλάμην ἐκτίλλουσαι, καὶ καθόλου αἱ τὰ κατ' ἀγροὺς μισθοῦ ἐργαζόμεναι. Verbum ποάζω et subst. ποασμός sunt ap. Theophr., ποάστριον „falx ad secandas herbas" ap. Poll. 7. 184. De formatione cf. s. v. βάπτρια.

πολεμολαμαχαϊκός Ar. Ach. 1080: ἰὼ στράτευμα πολεμολαμαχαϊκόν adiectivum est comica licentia fictum, cui fundamentum cogitandum est substantivum πολεμολάμαχος. Tres partes vocabuli sunt πόλεμος, Λάμαχος et epithetum gentile 'Αχαϊκός. Στράτευμα πολεμολαμαχαϊκόν igitur est exercitus Achaïcus pertinens ad Lamachum bellicosum. Lamachi nomen a poeta per iocum ita detorquetur.

πολιτοκοπεῖν „ἀντὶ τοῦ λοιδορεῖν καὶ κωμῳδεῖν" εἶπε Plato fr. 105. Cf. Sannyrio fr. 7, qui etiam habet subst. πολιτοκοπία. Πολιτοκοπεῖν ap. Diphil. 4. 429 significat i. q. δημοκοπεῖν, vide s. v. δειλοκοπεῖν.

πολλαγόρασος „multa emens s. emax" (H. Steph.) legitur Pherecrat. fr. 126: τὸ παιδίον τὸ πολλαγόρασον κἀπὸ πολλῶν τηλιῶν. Poll. 7. 15: τὸν δὲ πολλὰ ὠνούμενον ἔξεστιν εἰπεῖν πολλαγόρασον. Idem esset ὁ πολλὰ ἀγοράζων. De compositione cf. ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 1 γ.

πολλοδεκάκις Ar. Pac. 243 pertinet ad vocabula collata s. v. δεκάπαλαι. Vide praefat. § 1. Vocabulum est difficillimum; in Pac. l. l. legitur: ἰὼ Πρασιαὶ τρὶς ἄθλιαι καὶ πεντάκις καὶ πολλοδεκάκις, ὡς ἀπολεῖσθε τήμερον, ubi Herwerdenus conicit: καὶ πολλοκάκις, ὡς <δῆτ'> ἀπολεῖσθε (vel ὡς ἐξαπολεῖσθε) τήμερον, coll. πεντάκις, μυριάκις, simil.

πολυκόλυμβος proprie „qui saepe mergit" Ar. Ran. 245: ἡλάμεσθα διὰ κυπείρου καὶ φλέω, χαίροντες ᾠδῆς

πολυκολύμβοισι μέλεσιν (vide Blaydesii ann. crit.) usurpatur de carminibus eorum qui mergunt sub aquas, ranarum scilicet. Cf. κόλυμβος (urinator) ap. sequior., κολυμβᾶν (urinari) Plat. Prot. 350 a et sequior., κολυμβητήρ Aesch. Suppl. 403 et κολυμβητής = κόλυμβος Thuc. 4. 26. Arist. part. an. 2. 16.

πολύρροδος „rosis abundans" legitur Ar. Ran. 448: χωρῶμεν ἐς πολυρρόδους λειμῶνας ἀνθεμώδεις. Cf. διάρροδος ap. sequior. (= rosis mixtus). De compositione vide voc. βαθύκομος.

πολύτριχος vide s. v. πολύτυρος.

πολύτυρος „multo caseo pinguis" (H. Steph.) legitur Pherecrat. fr. 130, v. 7: ἀπὸ τῶν δὲ τεγῶν ὀχετοὶ βοτρύων μετὰ ναστίσκων πολυτύρων ὀχετεύσονται. Τυρός est ap. Hom. Od. 4. 88 etc. Eur. Cycl. 135 etc. Ar. Ran. 959. Lys. 23. 6, al. De compositione cf. βαθύκομος. Eodem modo compositum est voc. πολύτριχος „multos pilos habens, densus" (πώγων) Philonid. fr. 10. Cf. πολύθριξ ap. sequior. Ad formam: καλλίτριχος Opp. Cyn. 1. 321. Poll. 2. 22, μικρότριχος Aristot. H. A. 2. 1, similia.

πολφός Aristoph. fr. 681: πολφοὺς δ' οὐχ ἧψον ὁμοῦ βολβοῖς et Metagen. fr. 16 explicatur a Poll. 6. 61: πολφοί: μηρύματα (glomeramina) ἐκ σταιτός, ἃ τοῖς ὀσπρίοις ἐνέβαλλον, ἀφ' ὧν ἔτι καὶ νῦν ὀνομάζεται παρά τισι τὸ πολφοφάκη, et a Photio: πολφοί: τὰ ἐκ χίδρων καὶ ἐκ τῆς ἐρεικτῆς ἑψόμενα. Tale quid erat etiam παλημάτιον Aristoph. fr. 682: ἵν' ἐπαγλαΐσῃ τὸ παλημάτιον καὶ μὴ βήττων καταπίνῃ. Poll. 6. 62: ὁ δ' αὐτὸς καὶ παλημάτιον ῥόφημά τι ὠνόμασεν. Ἴσως δ' ἂν εἴη ἐκ παιπάλης, ὅ ἐστι τὸ λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου, „pulticula, pulmentarium" (H. Steph.). Hoc vocab. est deminut. subst. πάλημα, farina tenuissima, Nic. Al. 551. Poll. 7. 21.

πομφολυγοπάφλασμα „crepitus bullarum ruptarum" (Blayd.) legitur Ar. Ran. 249: *ἐν βυθῷ χορείαν αἰόλαν ἐφθεγξάμεσθα πομφολυγοπαφλάσμασι.* — Cf. praef. § 1 α. Ceterum vide

πομφόλυξ „*δερμάτιον ὃ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αἱ γυναῖκες ἔχουσιν*" (Moer. 301) Ar. fr. 320, v. 13. Significat »bullam" Plat. Tim. 66 b. Luc. Char. 19. Anthol. IX. 546. Πομφολυγεῖν, bullas emitto, *πομφολυγοῦν*, *πομφολύζω* (de lacrimis) etiam apud non-comicos inveniuntur.

ποποποποποποποποῦ vide ad *τιτιτιτιτιτιτιτιτίνα.*

πορνεύτρια vide ad voc. *δρομάς.*

πορνοτελώνης „vectigalium e lenocinio redemptor" legitur Philonid. fr. 5: *παναγεῖς γενεάν, πορνοτελῶναι, Μεγαρεῖς δεινοί, πατραλοῖαι.* Simpl. *τελώνης* Ar. Eq. 248. Polyb. 12. 13. 9. Plut. Alc. 5, al. sequior. Cf. *τὸ πορνικὸν τέλος* Aeschin. 1. 119. — De compositione cf. s. v. *βδελλολάρυγξ.*

πορφυρόβαπτος „purpureo colore tinctus" legitur Platon. fr. 208: *ἐν στρώμασι πορφυροβάπτοις κατάκεινται.* Simplex *βαπτός* est Ar. Plut. 530. Aristonym. fr. 1. Hegesipp. 4. 479. Plut. Ages. 30. Cf. *πορφυρόστρωτος* Aesch. Ag. 884. *πορφυρομιγής* Poll. 7. 48. De compositione vide *ἀναγχιππεῖν.*

πόσθιον vide ad voc. *ὄλισβος.*

πόσθων legitur Aristoph. Pac. 1300: *εἰπέ μοι, ὦ πόσθων, εἰς τὸν σαυτοῦ πατέρ' ᾄδεις;* Phot. p. 445, 4: *πόσθων. κυρίως λέγεται παιδάριον. οὕτως γὰρ ὑποκοριζόμενοι ἔλεγον ἀπὸ τοῦ αἰδοίου.* Legitur etiam Menand. 4. 210. E comoedia sumpsit Lucian. Lexiph. 12 Eodem sensu *σάθων* Lys. 1119. — Cf. praefat. § 12. Ceterum vide s. v. *γλύκων.*

πότις „potrix, quae est bibax," est Platon. fr. 190:

ὠνήσομαι στίλβην (lychnum) τιν', ἥτις μὴ πότις. Sic masc. πότης Ar. Nub. 57: οἴμοι· τί γάρ μοι τὸν πότην ἧπτες λύχνον; et ἀδηφάγος (vorax) de eodem Alcaeus fr. 21. Ceterum πότις de „femina, quae est bibax'', est Phryn. 2. 607, Epicrat. 3. 365. 'Αδηφάγος (ἀνήρ) est Theocr. 22. 115, (-νόσος) Soph. Phil. 313. Cf. Ael. V. H. 1. 27, ποτικός (bibax) ap. sequior., adv. Plut. Demetr. 1. Superlativus

ποτίστατος est Ar. Thesm. 735: ὦ θερμόταται γυναῖκες, ὦ ποτίσταται. Vide Ael. V. H. 12. 26, qui id imitatus est (praef. § 12); cf. κλεπτίστατος, πλεονεκτίστατος, φαγίστατος, similia. Vide etiam praefat. § 1 γ.

πραγματοδίφης „qui lites scrutatur'' legitur Ar. Av. 1424: μὰ Δί', ἀλλὰ κλητήρ εἰμι νησιωτικὸς καὶ συκοφάντης, καὶ πραγματοδίφης. Schol.: πράγματα ἐρευνῶν καὶ ζητῶν. De compositione cf. ad ἀγριοποιός. Ceterum vide ad voc. μηχανοδίφης.

πρημαίνω „vehementer flare'' legitur Ar. Nub. 336: πλοκάμους θ' ἑκατογκεφάλα Τυφῶ πρημαινούσας τε θυέλλας. Schol.: λάβρως φυσᾶν. Cf. πρήθω Hom. A. 481, β. 427. Ap. Rh. 4. 819, 1537. Ceterum vide praef. § 8. „Ampullas dithyrambicorum ridet'' (V. d. S. B.).

πρίνινος „ilici similis'' legitur Ar. Ach. 180. Vesp. 877: „παῦσόν τ' αὐτοῦ τοῦτο τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος''. Imitati sunt Luc. hist. conscr. 9, Iulian. Misopog. p. 350 d, Dioscor. Anth. Pal. 7. 37; vide praef. § 12. Sensu proprio voc. legitur Hesiod. Op. 431. Ar. Ach. 668. Theophr. H. Pl. V. 4. 8. De formatione cf. βολίτινος. Idem significat

πρινώδης Ar. Vesp. 383: „ἀμυνοῦμέν σοι τὸν πρινώδη θυμόν''. Cf. πρῖνος Hes. O. 438. Ar. Ran. 859. Theocr. 5. 95. — Vide praef. § 2 α.

πρίων fictum ab imperativo *πρίω*, quasi *ὁ πρίω λέγων*, legitur Ar. Ach. 36: *οὐδ' ᾔδει „πρίω", ἀλλ' αὐτὸς ἔφερε πάντα χὠ πρίων ἀπῆν.* Proprie *πρίων* est „serra", vel „serrator" (cf. Vesp. 694) et id secundum Blaydes., metaphorice usurpatum, est „qui dissecat, animum cruciat vocem *πρίω* occinendo". Schol.: *τοῦτο παιδιὰ καλεῖται. ἀπὸ γὰρ τοῦ πρίω ῥήματος ὄνομα τὸ πρίων.*

προαναφυσᾶν „praeludere tibiis" legitur Plat. fr. 69, v. 6: *τῇ παιδὶ τοὺς αὐλοὺς ἐχρῆν ἤδη προχείρους εἶναι, καὶ προαναφυσᾶν.* Simplex *ἀναφυσᾶν* eodem sensu est ap. Athen. 8. 351 e, aliis notionibus ap. Plat. Phaedr. 113 b, Xen. Cyr. 7. 2. 23. Hell. 7. 1. 24. Cf. *ἐπαναφυσᾶν* Ar. Thesm. 1175. — Vide praefat. § 5.

προανίσταμαι Stratt. fr. 62: *τί δ' ὥσπερ οἱ σταδιοδρόμοι προανίστασαι;* idem est quod *προεκπηδᾶν*. „Stadii cursores ad signum datum celerrime exiliunt, ne aemuli praecurrant" (Kock.). — Vide praefat. § 3 *ε*.

πρόβατον Ar. Av. 856: *ἅμα δὲ προσέτι χάριτος ἕνεκα πρόβατόν τι θύειν* (Sic libri, *προβάτιόν τι* Bentl. Dindf., *πρόβατον ἕν τι* coni. Wieseler Adv. p. 109, probante Blaydesio) non arietem aut vervecem, sed „caprum" significare contendit Wieseler, postea enim (v. 959) *τράγον* appellari: „*μὴ κατάρξῃ τοῦ τράγου*". Πρόβατον sensu vulgari apud complures scriptores legi satis notum est; vide praefat. § 2 *β*.

πρόβημα „progressus" legitur Ar. Plut. 759: *ἐκτυπεῖτο δὲ ἐμβὰς γερόντων εὐρύθμοις προβήμασιν* (*δρομήμασιν* Valck. coll. Eur. Med. 1180, *κροτήμασιν* coni. Mein.). Cf. *διάβημα* ap. sequior., *ἐπίβημα* Hesych. De formatione vide *βωμολόχευμα*.

προζώννυμι „praecingo" legitur Pherecrat. fr. 62: *ἤδη μὲν ᾧαν λούμενος προζώννυται.* Simplex *ζώννυμι* apud

Hom. passim invenitur, sed etiam ap. sequiores, v. c. Strab. 11. 530, Plut. Ant. 4. — Vide praef. § 5.

προκαθεύδω „praedormio, prius dormio" legitur Ar. Vesp. 104: κᾆπειτ' ἐκεῖσ' ἐλθὼν προκαθεύδει πρῲ πάνυ. Cf. ἀποκαθεύδω s. v., ἀντικαθεύδω Macedonius 34 (XI. 366), ἐγκαθεύδω Anacr. 35. 1. Ar. Lys. 614. Aristot. H. A. 9. 3, ἐπικαθεύδω Aristot. H. A. 59. Luc. adv. ind. 4, παρακαθεύδω Ael. V. H. 1. 13, συγκαθεύδω Aesch. Cho 893. Plat. Legg. 8. 838 b. Xen. Conv. 4. 53, ὑπερκαθεύδω Philostr., ὑποκαθεύδω ap. sequiores. — Vide praefat. § 5.

προκρούω vide s. v. κροῦμα.

προμηθικῶς „providenter" legitur Ar. Av. 1510: εὖ γ' ἐπενόησας αὐτὸ καὶ προμηθικῶς. Simul respicit poeta ad nomen Promethei. Idem esset προμηθευτικῶς, cuius adiectivum -ικός invenitur Eustath. 714. 27. Cf. subst. προμήθεια Pind. I. 1. 40. Her. 3. 36, προμηθία Soph. O. C. 333, verb. προμηθεῖσθαι Aesch. Prom. 381. Her. 2. 172. Plat. Crit. 44 e. — Vide praefat. § 1 γ.

προπαλαιπαλαίπαλαι vide ad δεκάπαλαι et χιλιόπαλαι.

προσαμφιέννυμι „insuper induo" legitur Ar. Eq. 891: ἀλλ' οὐχ ὑπερβαλεῖ με θωπείαις· ἐγὼ γὰρ αὐτὸν προσαμφιῶ τοδί. Schol.: πρὸς οἷς ἔχει ἐνδύσω. Cf. μεταμφιέννυμι Theopomp. hist. ap. Ath. 12. 533 b. D. L. 7. 25, περιαμφιέννυμι Plut. Tim. 76 a, ὑπαμφιέννυμι ap. sequior., ἀπαμφιέννυμι Xenarch. 3. 617. Men. 4. 171, ἐπαμφιέννυμι Soph. fr. 708, καταμφιέννυμι Ioseph. Vide praefat. § 5.

προσαποπέμπω „insuper remitto" legitur Ar. Plut. 999: ἄμητα προσαπέπεμψεν ἡμῖν τουτονί. Simplex ἀποπέμπω (remitto) est Hom. Od. 17. 76. Hes. O. 87.

Plat. Ep. 2. 314 e. Xen. Cyr. 3. 1. 42. Cf. προαποπέμπω Thuc. 3. 25, συναποπέμπω Xen. Cyr. 3. 1. 2, ἀνταποπέμπω ap. sequiores. — Vide praefat. § 5.

προσεκτίλλω „insuper evello" legitur Ar. Av. 286: αἵ τε θήλειαι προσεκτίλλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά. Simplex ἐκτίλλω legitur Anacr. 66. 9. Dem. 53. 16. Arist. H. A. 3. 11, et sequiores. — Vide praefat. § 5.

προσεπιορκεῖν „insuper peierare" legitur Ar. Lys. 1238: ἐπηνέσαμεν καὶ προσεπιωρκήσαμεν. Cf. ἐνεπιορκεῖν Aesch. 3. 150, κατεπιορκεῖν Dem. 54. 40 et sequior. Simplex ἐπιορκεῖν passim invenitur. — Vide praef. § 5.

προσεπιτέρπομαι „insuper oblector" legitur Ar. Ran. 231: προσεπιτέρπεται δ' ὁ φορμικτὰς 'Απόλλων. Simplex ἐπιτέρπομαι invenitur Hom. Od. 14. 228. H. h. Apoll. 146. Hes. Th. 158. Pind. Ol. 5. 22. Quint. Smyrn. 9. 166. — Cf. praefat. § 5.

προσκινεῖν „admovere" (in concubitu) legitur Ar. Lys. 227. 228: κακῶς παρέξω κοὐχὶ προσκινήσομαι, Eccl. 256. Pac. 902, Pherecrat. fr. 131, v. 3, ubi προσκινῶν δὲ σέλινα a Schweighaeusero traditur: „cuius concubitus apium olent".

προσπέρδομαι „oppedo" legitur Ar. Ran. 1074: προσπαρδεῖν γ' ἐς τὸ στόμα τῷ θαλάμακι. Etiam Sosipat., Damox., Henioch., et Diodor. comici vocabulo usi sunt. Ceterum cf. s. v. καταπέρδομαι. — Vide praefat. § 3 η.

προστιλᾶν „concacare" Ar. Nub. 411: τὠφθαλμώ μου προσετίλησεν καὶ κατέκαυσεν τὸ πρόσωπον dicitur de γαστέρι φυσηθέντι = προσραντίζω, quod est προσραίνω, conspergo (Schol.). Ceterum cf. s. v. ἐντιλᾶν. — Vide praefat. § 3 η.

πρόσχορος „femina, quae in choro saltat" legitur

Aristoph. fr. 843. Poll. 4. 106: *πρόσχορον δὲ Ἀριστοφάνης τὴν συγχορεύουσαν κέκληκεν.* Idem est *συγχορεύτρια* fr. 863. Poll. l. l: *τὴν δ' αὐτὴν καὶ συγχορεύτριαν.* Cf. *σύγχορος* Orph. H. 10. 9, masc. *συγχορευτής* Plat. Legg. 2. 653 e. Xen. Hell. 2. 4. 20, verb. *συγχορεύω* Anacr. 59. 11. Ar. Av. 1761, sequior. De formatione voc. *συγχορεύτρια* cf. s. v. *βάπτρια.*

προτεραίτερος „longe prior" legitur Ar. Eq. 1165: *ἀλλ' οὐ τράπεζαν (ἐκφέρεις), ἀλλ' ἐγὼ προτεραίτερος.* Est duplex comparativus comice fictus; vide praefat. § 1 γ. Ad formam cf. *φιλαίτερος* Xen. An. 1. 9. 29. Theocr. 7. 98. Callim. Del. 58, *προυργιαίτερος* Ar. Lys. 20. Thuc. 3. 109. Plat. Gorg. 458 c. Isocr. 4. 134 etc., *ἰδιαίτερος* Theophr. et sequior., similia.

πρότηθυς „vetula, quasi Tethye senior" legitur Cratin. fr. 438. Bekk. Anecd. 59. 23: *ἡ οὕτω γραῦς ὡς πρὸ Τηθύος τῆς Ὠκεανοῦ γεγονέναι γυναικός. Κρατῖνος τὴν ὑπεργήρων οὕτω λέγει παίζων.* De dea *Τηθύς*, uxore et sorore Oceani, vide Hom. Il. 14. 200 sqq. Hesiod. Th. 163. 153. Sic senes exoletos Cronos Iapetosque comici dicunt, Ar. Nub. 998. 1070. Cf. etiam voc. *προτήθη* (proavia) D. Cass. 59. 2. — Vide praef. § 1 γ.

προχῶναι Archipp. fr. 41 a Schol. Aristoph. Eq. 424 ita explicatur: *κοχώνη τόπος ὑπὸ τὸ αἰδοῖον, τὸ μεταξὺ τῶν μηρῶν καὶ τῆς κοτύλης καὶ τῶν ἰσχίων· αἱ αὐταὶ δὲ καὶ πυγαῖαι καὶ προχῶναι παρ' Ἀρχίππῳ καλοῦνται.* Cf. Poll. 2. 183: *γλουτοὶ καὶ κοχῶναι καὶ πυγαῖαι προσαγορεύονται, καὶ προχῶναι παρὰ Ἀρχίππῳ.*

πρωκτοπεντετηρίς „quinquennalia podicis" legitur Ar. Pac. 876: *ὦ δέσποτα, ὅσον ἔχει τὴν πρωκτοπεντετηρίδα.* Schol.: *παρόσον διὰ πενταετηροῦς χρόνου ἤγοντο αἱ θεωρίαι τῶν Διονυσίων.* „Sensus hic videtur esse: quantum culus

iste quinto quoque anno voluptatem affert" (Blayd.). Simplex πεντετηρίς invenitur Her. 3. 97 etc. Thuc. 3. 104. Dem. p. 740. Atticum esse πεντετηρίς (non πενταετ.) docet Phrynich. p. 406. Lob. De compositione cf. s. v. βδελλολάρυγξ. — Vide praefat. § 1 γ.

πρωκτοτηρεῖν „nates inspicere" est Eq. 878: οὔκουν σε δῆτα ταῦτα δεινόν ἐστι πρωκτοτηρεῖν; Schol.: πρωκτοὺς ἐπιτηρεῖν τῶν πορνευομένων. Simpl. τηρεῖν saepius legi notum est. De compositione cf. ad ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 1 γ.

πρωτόβαθρος „qui in primo spectatorum sedili sedet" explicat Kockius in fragm. 226 Pherecratis. Poll. 4. 121: πρῶτον δὲ ξύλον ἡ προεδρία, μάλιστα δὲ δικαστῶν, ἐφ' ὧν καὶ τὸν πρῶτον καθίζοντα πρωτόβαθρον Φερεκράτης εἴρηκεν ὁ κωμῳδοδιδάσκαλος· ἴσως δ' ἂν καὶ ἐπὶ θεάτρου κατὰ κατάχρησιν λέγοις. Cf. βάθρον (scamnum) Plat. Prot. 315 e. 317 d., al. De compositione vide βαθύκομος.

πρωυδᾶν i. e. προαυδᾶν, „indicere" legitur Ar. Av. 556: κἂν μὲν μὴ φῇ, ἱερὸν πόλεμον πρωυδᾶν αὐτῷ. Cf. προαγορεύω (πόλεμον) Thuc. 1. 131, ad contractionem: προυπτός (προοπτός) Thuc. 5. 99, φροῦδος (προοδός) Hom. Il. 4. 382 etc.

πτεροδόνητος „qui alis circumagitur" legitur Ar. Av. 1390: τῶν διθυράμβων γὰρ τὰ λαμπρὰ γίγνεται πτεροδόνητα. Est autem „πτεροῖς πληχθείς" v. 1402, πτερά enim sunt etiam „lora flagelli": οὐ γὰρ σὺ χαίρεις πτεροδόνητος γενόμενος; Schol.: ἀντὶ τοῦ πτεροῖς πληχθείς. παίζει δὲ πρὸς τὰ εἰρημένα. Cf. πτεροβάμων Empedocl. 226, πτερόφοιτος Plat. Phaedr. 252 c. Vide etiam πτεροποίκιλος, ceterum s. v. ἀεροδόνητος. De compositione ad ἀναγχιππεῖν.

πτεροποίκιλος „varias et pictas pennas habens" legitur Ar. Av. 247. 1410: ὄρνιθές τινες οἵδ' οὐδὲν ἔχοντες πτεροποίκιλοι. Cf. ποικιλόπτερος Pratin. Athen. 617 c. Soph. fr. 678. 11 (v. Herw.). Eur. Hipp. 1265, pro quo vocabulo πτεροποίκιλος dictum videtur.

πτισμός vide s. v. πτιστικόν.

πτιστικόν (τὸ-) scil. αὔλημα „modus quidam tibicinis quem inter frumenta pinsenda tibiis canit" legitur Phrynich. fr. 14: ἐγὼ δὲ νῷν δὴ τερετιῶ τι πτιστικόν, idem quod Nicophon fr. 17 vocat πτισμόν: ἀλλ' ἴθι προσαύλησον σὺ νῷν πτισμόν τινα. Cf. apud Poll. 4. 55 ἐπιλήνιον αὔλημα ἐπὶ βοτρύων θλιβομένων, deinde ἐρετικά, ποιμενικά, συβωτικὰ αὐλήματα, et ap. Athen. 14. 10: ᾠδὴ πτισσουσῶν. Verb. πτίσσω (pinso) est Herod. Aristot. Lucian. Diog. L. De formatione voc. πτιστικός vide βαδιστικός, vocabuli πτισμός — ἀδωνιασμός.

πτωχίστερος comparativus adiectivi πτωχός legitur Ar. Ach. 425: οὔκ, ἀλλὰ τούτου πολὺ πολὺ πτωχιστέρου et fr. 944, quod fragmentum autem fortasse respicit ad ipsum locum Ach. 425. Cf. λαλίστερος Ran. 91. Alex. 3. 420. Men. 4. 195, λαγνίστατος Aristot. H. A. 6. 22. Ael. H. A. 4. 11, κλεπτίστατος Ar. Plut 27. Aristot. physiogn. 2. 15, ἁρπαγίστατος Plat. com. fr. 57, ψευδίστατος Etym. m. p. 31. 13. Forma πτωχότερος est ap. Timoclem 3 593. Menand. 4. 132 et Palladam 113 (X. 50). — Vide praefat. § 11 α.

πτωχοποιός „pauperes inducens" legitur Ar. Ran. 842: σὺ δή 'μὲ ταῦτ' ὦ στωμυλιοσυλλεκτάδη καὶ πτωχοποιέ; = πτωχοὺς εἰσάγων τοὺς βασιλέας. Ceterum cf. ἀγριοποιός. Πτωχοποιός a Plut. comp. Aristid. 3 usurpatur = „ad mendicitatem redigens", e comoedia fortasse sumptum. — Cf. praef. § 12.

πυγίδιον legitur Ar. Ach. 638. Eq. 1368: *πολλοῖς γ' ὑπολίσφοις πυγιδίοισιν ἐχαρίσω.* Deminutivum est vocabuli *πυγή*, nates. — Vide praefat. § 7.

πυκνίτης adiect. „pnycensis, frequentator Pnycis" legitur Ar. Eq. 42: *Δῆμος πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον.* Cf. *θρανίτης* Ach. 161. Thuc. 6. 31. Polyb. 16. 3. 4. *Πυκνίτης* comice a poeta fictum est, tamquam si Demus e pago esset Pnyce dicto (Blayd.).

πυκνότης „prudentia" legitur Ar. Eq. 1132: *εἴ σοι πυκνότης ἔνεστ' ἐν τῷ τρόπῳ.* Cf. *πυκινός* apud Homerum (*πυκιναὶ φρένες* Ξ 294; vide etiam Β 55. Σ 216. Ω 282), *πυκνός* Pind. Ol. 13. 50. Ar. Av. 430. Plat. Rep. 8. 568 a; *πυκνότης* est „densitas" Ar. Nub. 384. Thuc. 5. 71. Plat. Tim. 59 b, „crebritas" Plat. Legg. 7. 812 d. Isocr. 4. 116. Aristot. Eth. 5. 1. Vide praefat. § 2 β.

πυός „primum lac post partum", „colostra" legitur Ar. Vesp. 710, Pac. 1150, fr. 318 v. 5, 569 v. 4, Cratin. fr. 142, Pherecrat. fr. 108, v. 19: *παρῆν δὲ χόνδρος καὶ πυοῦ τόμοι.* Idem significat *πυριάτη* Aristoph. Vesp. 710 et Cratin. fr. 142: *πυὸν δαινύμενοι κἀμπιμπλάμενοι πυριάτῃ.* Schol.: *τὸ πρῶτον γάλα, ὃ καὶ ἑψόμενον πήγνυται, ὃ καὶ ἡμεῖς χυτρίτην λέγομεν.* Galen. vol. 6. p. 384: *πυριάτην οἱ παλαιοὶ κωμικοί* (Pors. Dind.). — Cf. praefat. § 3 θ.

πυππάζειν vide ad *ὑπερπυππάζειν.*

πυριάτη vide s. v. *πυός.*

πυρίδιον deminutivum vocab. *πυρός* („triticum") legitur Ar. Lys. 1206: *ἔστι παρ' ἐμοῦ λαβεῖν πυρίδια λεπτά.* Schol.: *ἀντὶ τοῦ πυροὺς ὑποκοριστικῶς.* Vocabulum etiam deminutivum est voc. *πῦρ* ap. Plut. plac. phil. 2. 20, sed cum brevi vocali, nam apud Arist. υ longum est. Vide praefat. § 7.

πυρορραγής proprie: „igni fractus" legitur Cratin. fr. 253: ἴσως πυρορραγὲς κακῶς τ' ὠπτημένον. Suid.: πυρορραγῆ κεράμια καλεῖται ὅσα ἐν τῷ πυρὶ ῥήγνυται ἐν τῷ ὀπτᾶσθαι. Ar. Ach. 934: ψοφεῖ λάλον τι καὶ πυρορραγές voc. metaphorice usurpatur de verbis alicuius, idem fere quod ἐρρωγότες λόγοι. Phryn. Bekk. p. 39. 5: ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐξερρογότων ὀργάνων. Cf. voc. αἱμορραγής Soph. Phil. 825. Hippocr., ψυχορραγής Eur. I. T. 1466, δυσραγής Luc. gymn. 24, ἀρραγής Soph. fr. 847. Plut. Dem. 21. Alciphr. 2. 4. De compositione vide ἀναγχιππεῖν.

πυτίνη „lagena vitrea s. fictilis, vimineo πλέγματι obducta munitaque" (H. Steph.) legitur Aristoph. fr. 847. Ita inscripta fuit et comoedia Cratini (fr. 181—204). Hesych. et Phot.: πυτίνη· πλεκτὴ λάγυνος. Schol. Av. 798: θάλλινον ἀγγεῖον. Adiect.

πυτιναῖος „vimineus" invenitur Aristoph. Av. 798: Διιτρέφης πυτιναῖα μόνον ἔχων πτερά. Alludit ad Diitrephem πυτινοπλόκον (Schol. Av. 1442).

πώλης „venditor" legitur Ar. Eq. 131, 133, 140: πόθεν οὖν ἂν ἔτι γένοιτο πώλης εἷς μόνον; „Recte scholiasta: παρὰ τὸ τέλος τοῦ ὀνόματος παίζει, neque enim πώλης dici per se solet, nec Pollux (7. 8.) aliunde quam ex hoc ipso loco sumpsit" (Dind.). Pollucis verba sunt: ἐν δὲ τῇ κωμῳδίᾳ ὁ πώλης ὥσπερ καὶ ὁ πρατίας εἴρηται. — Cf. praefat. § 1 γ.

P.

Ῥάβδος „virga viscata, qua falluntur aves" est Ar. Av. 527: *πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς ἵστησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους.* Schol.: *εἶδος δέ ἐστι δικτύου ὃ χρίουσιν ἰξῷ.* De reliquis notionibus vocabuli, quales sunt: „virga, baculus, fustis, sceptrum, hastile" etc. vide lexica. — Cf. praefat. § 2 *β.*

ῥᾳδια „calceamenti quoddam genus" legitur Pherecrat. fr. 227 et Platon. fr. 251. Poll. 7. 94: *ῥᾴδια δὲ ποίκιλον καὶ πολυέλικτον ὑπόδημα.* — Cf. praefat. § 3 *θ.*

ῥάζω sive *ῥύζω* proprie = latrare, Cratin. fr. 25 et 26 usurpatur = „nugari": *ἵνα σιωπῇ τῆς τέχνης ῥάζωσι τὸν λοιπὸν χρόνον* (in locis corruptis). Phot. et Suid: *ῥάζειν καὶ ῥύζειν· τὸ ὑλακτεῖν, ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τοὺς πικραινομένους καὶ σκαιολογοῦντας μετενέχθη.* Apud Hermippum (fr. 24: *ῥύζων ἅπαντας ἀπέδομαι τοὺς δακτύλους*) *ῥύζω* secundum Kock. est „cum aviditate fremo". Sed Hesych.: *ῥάζειν· τρώγειν· κυρίως ἐπὶ τῶν κυνῶν.* Phot. Suid. Poll.: *ῥάζειν* s. *ῥύζειν· ὑλακτεῖν.*

ῥαθαπυγίζω „planta pedis, pede supino nates ferio, verbero" legitur Ar. Eq. 796: *τὰς πρεσβείας ἀπελαύνεις ἐκ τῆς πόλεως ῥαθαπυγίζων* (Hesych. Eustath.), *ῥοθοπυγίζων* (Schol. Suid.). Hesych.: *τὸ τῷ σκέλους πλάτει παίειν κατὰ τῶν ἰσχίων, τὸ εἰς τὸν γλουτὸν σιμῷ ποδὶ τύπτειν.* Schol.: *τῇ χειρὶ τὴν πυγὴν παίων ἢ τῷ ποδὶ τύπτων.*

Πυγίζω propie est: nates ferio, obscoene: paedicor ap. Theocr. 5. 41 et al. Vide praefat. § 1 α.

ῥακιοσυρραπτάδης de Euripide, quod „pannosos reges in scenam produxerit", usurpatum est ab Ar. Ran. 842: πτωχοποιὲ καὶ ῥακιοσυρραπτάδη = „detritos pannos consuens". Schol.: ὁ τὰ ῥάκη συρράπτων καὶ ἐνδύων τοὺς βασιλέας. Cf. ῥάκιον deminut v. ῥάκος Ar. Ach. 412. Vesp. 128. Luc. D. mort. 1. 2. Gall. 26, al., συρράπτω Hes. O. 546. Her. 2. 86. Plat. Euthyd. 303 e. Plut. Lys. 16. De compositione cf. s. v. ἀγριοποιός.

ῥάκωμα „panni" legitur Ar. Ach. 432: ὦ παῖ, δὸς αὐτῷ Τηλέφου ῥακώματα. Ῥάκος saepius invenitur, ῥακῶ ap. Hippocr., Plut., Clem. Al., etc. De formatione ad βωμολόχευμα.

ῥαφανίδιον „radicula, raphanus parva" legitur Platon. fr. 171. Deminutivum est vocab. ῥαφανίς Ar. Plut. 544. Theophr. Lucian. Ath. 2. 56 d; cf. praefat. § 7. Vide etiam verb. ῥαφανιδῶ.

ῥαφανιδῶ „raphanum in alicuius anum inmittere" de poena moechorum usurpatur Ar. Nub. 1083: τί δ' ἢν ῥαφανιδωθῇ πιθόμενός σοι τέφρᾳ τε τιλθῇ; Schol.: οὕτω γὰρ τοὺς ἁλόντας μοιχοὺς ᾔκιζον· ῥαφανῖδας λαμβάνοντες ἔβαλλον (ἔβυνον Blayd.) εἰς τοὺς πρωκτοὺς αὐτῶν καὶ παρατίλλοντες αὐτοὺς θερμὴν τέφραν ἐπέπασσον. Subst. ῥαφανίδωσις est ap. sequiores. Cf. ῥαφανίς (eo modo usurpatum) ap. Luc. Peregr. 9, ῥάφανος simil ap. Alciphr. 3. 62. 4. De formatione cf. s. v. βαλανῶ.

ῥαχετρίζειν Platon. fr. 252 a Photio explicatur: „τὸ εἰς τὴν ῥάχιν παίειν", ῥάχετον· τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου, ἀφ' οὗ ἡ ἀρχὴ τῆς ῥάχεως. Pollux 2. 136 dicit: ῥαχετρίσαι τὸ „διακόψαι". ῥάχετρον τὸ μέσον τῆς ῥάχεως. ἀπὸ δὲ ῥάχεως ὄνομα ῥαχίζειν τὸ κόπτειν. (H. Steph.:

„disseco"). Ῥαχίζω est Aesch. Pers. 418. Soph. Ai. 292, ῥάχις saepius legitur. Ad formationem cf. βαρβιτίζω.

ῥαχιστής „vir perditus, qui gravia mala perpetrat" (H. Steph.) legitur Theopomp. fr. 43: τούτων ἁπάντων ὁ ῥαχιστὴς Δημοφῶν. Hesych. ψεύστης, ἀλάζων, μεγαλουργός, μεγάλα κακουργῶν, μεγάλα ψευδόμενος. Photius et Suid.: ὁ ἀλαζών. Similia schol. Soph. Ai. 56. Ῥαχιστής proprie est „qui victimam per spinam dissecat"; praeterea vide s. v. ῥαχετρίζειν. De formatione cf. βαβάκτης.

ῥιπίς „teges viminea" legitur Cratet fr. 13: ῥιπίδι κοπραγωγῷ. Poll. 10. 175: καὶ ῥιπίδα δ' ἄν τις φαίη πλέγμα τι ψιάθῳ ἢ φορμῷ παραπλήσιον. Ῥιπίς est „follis" ap. Aristoph., Eubul., Aristo. (in Anthol.), „flabellum" ap. D. Hal. etc. — Vide praefat. § 2 β.

ῥόδον et ῥοδωνιά vide ad voc. βληχωνίας.

ῥοθιάζω „cum impetu et strepitu vorare" legitur Ar. Ach. 807: ἄρα τρώξονται; Βαβαί, οἷον ῥοθιάζουσι. Schol.: μετὰ ῥόθου καὶ ψόφου ἐσθίω, est autem: „impetuose remigo" Hermipp. fr. 54 et Aristoph. fr. 83: κατάγου ῥοθιάζων. Photius: ῥοθιάζειν, τὸ ἐρέσσειν εὐτόνως, significat „strepitum facere" (de mari dictum) Eupol. fr. 324: ἄνω ῥοθιάζει περὶ τὰ χείλη τῆς νεώς, de strepitu navis ipsius dictum videtur Aristoph. fr. 84: ναῦς ὅταν ἐκ πιτύλων ῥοθιάζῃ σώφρονι κόσμῳ. Cf. ῥοθεῖν Soph. Ant. 259. 290, ῥοθιάς adi. fem. Aesch. Pers. 388, ῥόθιος Hom. tragg. Aristoph. Thuc. Ap. Rhod. Lucian., ῥόθος subst. ap. antiq. et sequior. poetas.

ῥοπαλισμός vide ad voc. ἀντισπασμός.

ῥύζω vide s. v. ῥάζω.

ῥύπος „cera sigillaris" legitur Ar. Lys. 1200: καὶ μηδὲν οὕτως εὖ σεσημάνθαι τὸ μὴ οὐχὶ τοὺς ῥύπους ἀνασπάσαι. Poll. 10. 59: τὸν ἐπιτήδειον εἰς τὸ κατασημαίνεσθαι κηρὸν

οἱ παλαιοὶ ῥύπον ὠνόμαζον, ὡς ἐν Λυσιστράτῃ Ἀριστοφάνης. Hesych. ῥύπον Ἀττικοὶ τὸν εἰς τὰς σφραγῖδας κηρὸν λέγουσι. Ῥύπος significat „sordes" Od. 6. 93. Plat. Parm. 130 c. Polyb. 32. 7. 8 etc. Cf. praefat. § 3 θ.

ῥυππαπαῖ vide ad voc. ἱππαπαῖ.

ῥύτωρ de Apolline usurpatur ab Agathone tragico ap. Ar. Thesm. 108: ἄγε νυν ὄλβιζε, Μοῦσα, χρυσέων ῥύτορα τόξων Φοῖβον proprie = „qui trahit, tractor". Cic. ap. Arat. 301 vertit: „sagittipotens"; ῥύτωρ etiam est „servator": Leonidas Alexandrinus 29 (IX. 351.). Epigramm. adesp. 115 (VI. 280), et 125 (VI. 37), ubi = „custos" (de Pane); cf. ῥυτήρ (= tractor arcus) ap. Hom. Od. 18. 262; 21. 173; (= servator, custos) Od. 17. 187. Aesch. Sept. 300; verb. ῥύομαι proprie = traho, deinde = servo, custodio, passim legitur.

Σ.

Σαβαρίχις vide s. v. *κύσθος*.

σάθη vide s. v. *ὄλισβος*.

σάθων vide s. v. *ὄλισβος*.

σαικωνίσαι vide ad *διασαλακωνίζω*.

σάκανδρος vide s. v. *κύσθος*.

σακεσφόρος „barba praegrandi praeditus" legitur Platon. fr. 122: *ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε.* Schol. Ar. Eccl. 71: *μέγαν πώγωνα ἔχων.* Proprie est „scutifer" Soph. Ai. 19. Eur. Phoen. 141. — Vide praefat. § 8. Cf. *σακέσπαλος* Hom. E 126. De compositione: *ἀγριοποιός*.

σάκτας „saccus" legitur Ar. Plut. 681: *ἔπειτα ταῦθ' ἥγιζεν εἰς σάκταν τινά.* Schol.: *σημαίνει δὲ τὸν θύλακον.* Poll. 3. 155: *τὸν δὲ θύλακα τῶν ἀσκητῶν σάκταν καλοῦσιν ἢ σάκκον.* 10. 64: *τῶν δὲ γυμνασίοις προσηκόντων σκευῶν καὶ σάκτας ἐστί.* Etiam Herodian. et Hesych. *θύλακος* explicant. *Σάκτας* significat etiam „membrum muliebre" Com. anon. 4. 660, et apud Boeotos „medicum", Stratt. fr. 47, 5: *τὸν ἰατρὸν δὲ σάκταν ὀνομάζετε.* Apud Hesychium invenitur etiam *σάκτηρ* = saccus. — Cf. praefat. § 3 *θ*.

σαλακωνίζομαι cf. ad voc. *διασαλακωνίζω*.

σαλπιγγολογχυπηνάδαι „qui tubis, hastis, barbisque formidabiles sunt" (H. Steph.) (Schol.: *σάλπιγγας*

καὶ λόγχας καὶ ὑπήνας ἔχοντες) legitur Ar. Ran. 966: σαλπιγγολογχυπηνάδαι, σαρκασμοπιτυοκάμπται. Cf. ὑπηνόβιος Plat. com. fr. 124, v. 2. — Vide praefat. § 1 α.

σάμαξ „cannea teges" legitur Chionid. fr. 1: πολλοὺς ἐγῷδα Φρουροῦντας ἀτεχνῶς κἀν σάμακι κοιμωμένους. Poll. 10. 43: ἔστι δὲ ὁ σάμαξ ῥὶψ καλάμου τοῦ καλουμένου σάκτου. μάλιστα δὲ ἐπὶ στρατείας τούτῳ ἐχρῶντο, ὡς Χιωνίδης ἐν Ἥρωσι. Hesych.: σάμαξ· ὕλη τις δρυώδης, οἷον βούτομον ἀφ' οὗ τὰ λεπτὰ συνάγοντες στιβάδια ποιοῦσιν. Σάμαξ „ὁ τοξικὸς κάλαμος" est Lysippi fr. 10.

σαμΦόρας „equus, cui inusta erat littera σάν (σίγμα)" legitur Ar. Nub. 122. 1298 et Eq. 603: ληπτέον μᾶλλόν τι, ὦνδρες (Herw.). οὐκ ἐλᾷς ὦ σαμΦόρα; Schol.: σίγμα ἔχων περὶ τὸν μηρόν. Cf. κοππατίας Ar. Nub. 23. fr. 42. Philostr. V. Ap. 8. 4, κοππαΦόρος Luc. adv. indoct. 5. — Vide praefat. § 3 θ.

σανδαλίσκος „sandalium" legitur Ar. Ran. 405: κατεσχίσω ἐπ' εὐτελείᾳ τόν τε σανδαλίσκον καὶ τὸ ῥάκος. Deminutivum est vocab. σάνδαλον, ut etiam σανδάλιον, quod invenitur ap. Her. 2. 91. Luc. Philop. 27 et sequiores. — Vide praefat. § 7.

σαπρίας vide s. v. καπνίας.

σαρκασμοπιτυοκάμπται „Pityocamptae instar saevi et feroces" (Blayd.) legitur Ar Ran. 966: σαλπιγγολογχυπηνάδαι, σαρκασμοπιτυοκάμπται. Σαρκασμός est μετὰ πικρίας γέλως (Hesych.), πιτυοκάμπτης est latro Sinnis, qui τὴν πίτυν ἔκαμπτεν ἑστὼς χαμᾶθεν ἄκρας τῆς κόμης καθέλκων (Cratin.); cf. Xen. Mem. 2. 1. 14. Plut. Thes. 8. Luc. Prom. 7, et s. v. ᾀσματοκάμπτης. — Vide praef. § 1 α.

σαυλοπρωκτιᾶν vide ad διασαλακωνίζω.

σαυνίον est „membrum virile" Cratin. fr. 443, Eupol. fr. 440 (quo loco apud Hesychium legitur

σαννίον, quod Kockius coll. loco Cratini cum M. Schmidtio in σαυνίον emendandum esse censet). Hesych.: τὸ αἰδοῖον ἀντὶ τοῦ κέρκιον. Poll. 10. 143: τὸ μὲν ὄνομα ἐπὶ ἀνδρείου αἰδοίου ἐστὶ παρὰ Κρατίνῳ. Proprie est „hasta": D. Sic. 1. 86, σαυνιάζω = „hasta ferire" D. Sic. 5. 29. — Cf. praefat. § 4.

σεῖν vide ad voc. βρῦν.

σηκίς „serva dominata, verna" legitur Ar. Vesp. 768: τὴν θύραν ἀνέῳξεν ἡ σηκὶς λάθρᾳ. Schol.: σηκίδα τὴν κατ' οἶκον θεράπαιναν λέγουσι, et Pherecrat. fr. 10, v. 1. Poll. 3. 76: οἰκότριψ, οἰκοτραφής. ἡ δ' ἀντικειμένη τούτῳ σηκὶς καλεῖται ἢ οἰκογενής. — Vide praef. § 3 θ.

σηπιδάριον „sepiola" legitur Philyll. fr. 13: πουλυπόδειον, σηπιδάριον, κάραβον, ἀστακόν, ὄστρειον. Idem est σηπίδιον Eubul. 3. 258. Ephipp. 3. 334. Alexid. 3. 455. Deminutivum est voc. σηπία, qui piscis memoratur Ar. Ach. 351. Eccl. 126. Arist. H. A. 4. 8. Ath. 7. 323. — Cf. praef. § 7.

σιβυλλιᾶν „oracula amare, oraculorum desiderium habere" legitur Ar. Eq. 61: ᾄδει δὲ χρησμούς· ὁ δὲ γέρων σιβυλλιᾷ. Schol.: χρησμῶν ἐρᾶν, χρησμοῖς ἥδεσθαι. Verba denominativa in -ιᾶν et -ᾶν exeuntia, quae desiderium morbumque animi vel corporis exprimunt cf. κεραυνιᾶν Eq. 1344, ἡβυλλιᾶν Ran. 516. Pherecrat. 108, 29, στρατηγιᾶν Xen. An. 7. 1. 33, τυραννιᾶν Diog. L. 3. 18, σοφιστιᾶν com. Eubulid. 1, πνευστιᾶν Luc. Tim. 75, similia multa. — Vide praefat. § 1 γ.

σιλφιωτός vide ad voc. ὀξωτός.

σιναμωρεῖσθαι vide ad voc. σιναμώρευμα.

σιναμώρευμα legitur Pherecrat. fr. 230; Etym. m. 713. 29: „οἱ μὲν Ἀττικοὶ λέγουσι σιναμωρεῖν τὸ λιχνεύειν καὶ Φερεκράτης τὰ τοιαῦτα κλέμματα σιναμωρεύματα καλεῖ".

Cf. *σιναμωρεῖσθαι* (subagitari) Aristoph. Nub. 1070: *γυνὴ δὲ σιναμωρουμένη χαίρει. σὺ δ' εἶ κρόνιππος.* Proprie *σιναμωρεῖν* est „laedere, violare" Herod. 1. 152; 8. 35; cf. *σινάμωρος* (libidinosus) Anacr. fr. 53, Plut. de educ. lib. 4, Achill. Tat. 2. 38. 5, *σιναμωρία* Aristot. Eth. 7. 7. Cohaerere videtur cum verbo *σίνεσθαι*.

σιφωνίζω „per siphonem extrahere" legitur Ar. Thesm. 557: *στλεγγίδας λαβοῦσαι ἔπειτα σιφωνίζομεν τὸν οἶνον.* Schol. *κυρίως σιφωνίζειν τὸ τὰ ὑγρὰ ἀποσπᾶν.* Subst. *σίφων*: Hippon. ap. Poll. 6. 19: *σίφωνα, ὅτῳ ἐγεύοντο, Ἱππῶναξ εἴρηκεν, σιφωνίζειν δὲ Ἀριστοφάνης.* De formatione cf. s. v. *ἀνθρακίζω*.

σκαλαθύρειν vide s. v. *σκαλαθυρμάτια*.

σκαλαθυρμάτια „minutiae subtiles" (Blayd.) legitur Ar. Nub. 630: *ὅστις σκαλαθυρμάτι' ἄττα μικρὰ μανθάνων ταῦτ' ἐπιλέλησται πρὶν μαθεῖν.* Schol.: *λεπτὰ καὶ μικρὰ παντάπασι νοήματα καὶ μαθήματα, σκαριφήματα.* Cf. *σκαριφησμοί* = disputationes subtiles Ran. 1497. *Ἀθυρμάτιον* invenitur Philox. ap. Ath. 14. 643 c. Luc. D. Mar. 1. 5. (demin. v. *ἄθυρμα*); *σκαλάθυρμα* habet Hesychius. — Vide praefat. § 7. Verbum *σκαλαθύρειν* Eccl. 611: *ἣν μείρακ' ἰδὼν ἐπιθυμήσῃ καὶ βούληται σκαλαθῦραι* obscoenam habet notionem „fodicandi", Schol. *συνουσιάζω*.

σκάλωψ „talpa" i. q. *σπάλαξ* (Phot.) legitur Cratin. fr. 93. „Boeotus apud Aristoph. Ach. 879 *σκάλοπας*; idem Atticis tribuit Etym. m. 715. 27. Hesych. *σκάλοψ· ἀσπάλαξ, ζῷον γεωρύχον τυφλόν*". (Kock.) Vocab. derivatur a verbo *σκάλλω* (scabo, scalpo) Her. 2. 14. Theophr. et al. serior. Forma *ἀσπάλαξ* est etiam ap. Aristot. H. A. 8. 26. 2. — Cf. praefat. § 11 α.

σκανδάληθρα „decipulae" legitur Ar. Ach. 687: *κᾆτ' ἀνελκύσας ἐρωτᾷ, σκανδάληθρ' ἱστὰς ἐπῶν.* Cratino

voc. dat Photius p. 516. 1, cf. Cratini fragm. 457. Polluc. 10. 156: τὸ μέντοι ἐνιστάμενον ταῖς μυάγραις παττάλιον σκανδάληθρον καλεῖται. Idem videtur esse σκανδάλα ap. Alciphr. 3. 22, et ῥόπτρον ap. Archilochum, quod instrumentum etiam ἐν ταῖς παγίσιν usurpabatur (Poll. l. l. et Schol.); forma serioris temporis est σκάνδαλον (Schol. Hom. Il. 2. 67). De formatione vide s. v. ἐξάλειπτρον.

σκαριφησμός „subtilis disputatio" legitur Ar. Ran. 1497: ἐπὶ σεμνοῖσιν λόγοισι καὶ σκαριφησμοῖσι λήρων διατριβὴν ἀργὸν ποιεῖσθαι. Schol.: λεπτολογία, σκιαγραφία. Derivatur a verbo σκαριφῶμαι, quod est proprie „scabere, radere", deinde „delineare", unde σκαριφησμός etiam est „delineatio". Hesych.: διασκαριφῆσαι ἐπὶ ὀρνέων τῶν τοῖς ὄνυξι σκαλευόντων τὴν γῆν κυρίως λέγεται, cf. διασκαριφᾶν ap. Isocr. 7. 12 (i. q. διαλύω), κατασκαριφᾶν ap. Ath. 11. 507 d. Photius dicit σκαλαθυρμάτια fere idem esse quod σκαριφησμοί. De formatione cf. ἀδωνιασμός.

σκατοφάγος „merdivorus" est Ar. Plut. 706: λέγεις ἄγροικον ἄρα σύ γ' εἶναι τὸν θεόν. μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἀλλὰ σκατοφάγον. Praeterea voc. usi sunt Crobyl., Menand., Antiph., et Epicharmus comici. Verbum σκατοφαγεῖν est Antiphan. 3. 68. Ad formam: ὀψοφάγος Xen. Mem. 3. 14. 2. Polyb. 12. 24. 2, σαρκοφάγος Arist. H. A. 1. 1. Plut. Cleom. 39, ὑλοφάγος D. Sic. 3. 24, ὠμοφάγος Hom. Il. 5. 782. Thuc. 3. 94. De compositione cf. s. v. ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 1 γ.

σκελίσκος deminutivum vocab. σκέλος legitur Ar. Eccl. 1167: καὶ τάσδε νῦν .... λαγαρὰς τοῖν σκελίσκοιν τὸν ῥυθμόν, in loco corrupto. — Cf. praefat. § 7; fortasse ad deminutiva blanda pertinet.

σκερβόλλω „conviciari" legitur Ar. Eq. 821: ταῦ

παῦ', οὗτος, καὶ μὴ σκέρβολλε πονηρά. Schol.: λοιδορεῖν. δηλοῖ δὲ τὸ κερτομεῖν. Eustath.: σκερβόλλειν ἐς κέαρ βάλλειν, ἀποβολῇ τοῦ ε τῆς ἐκ προθέσεως, cf. σκορακίζειν ab ἐς κόρακας. — Vide praefat. § 3 η. Σκέρβολα (convicia) est Callimach. fr. 281.

σκευοφόριον „lignum ex quo vasa suspensa feruntur, sive baiulantur" (H. Steph.) legitur Aristoph. fr. 852 et Platon. fr. 50: κεράτινον εἶχον σκευοφόριον καμπύλον. Poll. 10. 17: ὅτῳ δὲ τὰ σκεύη ἐκομίζετο σκευοφόριον μὲν τοῦτ' Ἀριστοφάνης καλεῖ τὸ ξύλον. Verb. σκευοφορεῖν est Xen. Cyr. 3. 1. 43. Plut. Crass. 21, adi. σκευοφορικός Xen. Lac. 13. 4, σκευοφόρος Her. 7. 40. Thuc. 1. 80. Ar. Ran. 497. Xen. Hell. 3. 4. 22. I. q. σκευοφόρος est σκευοφοριώτης Eupol. fr. 264. „Dionysum appellat nescio quis, solemnem dei appellationem εἰραφιώτης (Hom. h. 26. 2. Dionysius Periegetes 576) ludibrii causa in σκευοφοριώτην immutans" (Meinek.). — Vide praefat. § 8.

σκευοφοριώτης vide s. v. σκευοφόριον.

σκευωρόν Cratinus fr. 159 τὸν „σκευοφύλακα" ἔοικε καλεῖν (Poll. 10. 16); „σκευωρόν dixisse videtur cuius curae pomparum apparatus demandatus erat" (Meinek.); σκευοφύλαξ apud seriores modo invenitur. Verbum σκευωρεῖσθαι et substantiva σκευωρία et σκευώρημα apud diversos scriptores sensu plerumque metaphorico usurpata sunt („struo, molior, perscrutor" — „occupationes, machinamenta insidiosa", cett.). Cum voc. σκευωρός cf. θυρωρός Aesch. Herod. Plat. al., πυλωρός tragg. Lucian.

σκιμαλίζω „irridere, ludificari" legitur Ar. Ach. 444. Pac. 549: τὸν δορυξὸν οὐχ ὁρᾷς οἷον ἐσκιμάλισεν; Proprie significat τὸ τῷ μικρῷ δακτύλῳ τῶν ὀρνίθων ἀπο-

πειρᾶσθαι εἰ ᾠοτοκοῦσιν, et deinde *τὸν μέσον δάκτυλον ἐντείνων καὶ τοὺς λοιποὺς συνάγων ἐνδείκνυμί τινι, βουλόμενος αὐτὸν ἐνυβρίζειν* (Apost. VII. 98). Cf. *καταδακτυλίζω* B. A. 48. 23, et *καταδακτυλικός* Equit. 1381; *σκιμαλίζω* est „pedibus ferire" ap. Diog. L. 7. 17 (Vit. Zenon. p. 446). Vide praefat. § 2 α 1 et § 3 η.

σκιμβάζω „claudicare, claudum esse" legitur Ar. fr. 853. Photius: *σκιμβάζειν· χωλεύειν. καὶ ἀσκωλίζειν τὸ αὐτὸ τοῦτο, οὕτως Ἀριστοφάνης.* Verbum videtur derivandum esse ab adi. *σκιμβός*, claudus, ap. Hesych., quamquam lexica conferunt verba *κιμβάζω*, *ὀκιμβάζω*, quae tamen *στραγγεύομαι* explicantur (= cunctari, in genua procumbere).

σκῖρον „sordes caseis adhaerentes" legitur Ar. Vesp. 925, Cratin. fr. 444 et Eupol. fr. 277, v. 2: *ἡ τροφαλὶς ἐκεινηὶ ἐφ' ὕδωρ βαδίζει σκῖρον ἠμφιεσμένη.* Schol.: *τὸ ῥυπῶδες τὸ ἐπὶ τῶν τυρῶν.* Cf. *σκιροῦσθαι* ap. Sophr. fr. 68: *πρὶν αὐτὰν τὰν νόσον εἰς τὸν μυελὸν σκιρωθῆναι, ἐνσκιροῦσθαι* (etiam de morbis) Xen. de re equ. 4. 2. — Vide praefat. § 3 θ.

σκορδινᾶσθαι „pandiculari" legitur Ar. Vesp. 642, Ach. 30 et Ran. 922: *τί σκορδινᾷ καὶ δυσφορεῖς;* Schol.: *κυρίως ἐπὶ τῶν κυνῶν τῶν ἐξ ὕπνου ἀνισταμένων, ὅταν τὰ μέλη καὶ ὅλους αὐτοὺς διατείνωσι.* Subst. *σκορδίνημα* habet Hippocr. = *σκορδινιασμός*, signif. *τὸ σκορδινᾶσθαι.* Cf. praefat. § 3 θ.

σκόροδα vide ad voc. *σκορόδιον.*

σκορόδιον „allium" legitur Ar. Plut. 818: *ἀποψώμεσθα δ' οὐ λίθοις ἔτι, ἀλλὰ σκοροδίοις ὑπὸ τρυφῆς ἑκάστοτε.* Secund. Schol. est „*φύλλον τῶν σκορόδων* sive *καυλὸς τῶν σκορόδων*". Deminutivum est vocab. *σκόροδον* (Her. Aristoph. Xen.); cf. praefat. § 7. *Σκόροδα* (plur.) de „foro"

ubi veneunt allia legitur Eupol. fr. 304: περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα, κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων. Eodem sensu invenitur κρόμμυα ibidem; ἀρώματα = „locus ubi τὰ ἄλφιτα veneunt". Bekk. Anecd. 450. 23: λέγουσι δ' ἔνιοι καὶ τὰ ἄλφιτα ἀρώματα. Hesych. Suid.: = ἐσπαρμένα, sata. — Vide praefat. § 3 γ.

σκοροδομίμητος „allium imitans, allii similis" legitur Aristoph. fr. 5: τῶν δὲ γηθύων ῥίζας ἐχούσας σκοροδομίμητον φύσιν. Σκόροδον est ap. Herod., Xenoph. et saepius ap. Aristoph. — Vide praefat. § 1 γ. De compositione s. v. ἀγριοποιός.

σκοροδοπανδοκευτριαρτοπώλιδες „quae in cauponis vendunt allia et panem" legitur Ar. Lys. 458. Cf. σκοροδοπώλης Schol. Vesp. 680. Poll. 7. 198, πανδοκεύτρια Ar. Plut. 426. Ran. 114. Dio Cass. 46. 6, ἀρτόπωλις Anacr. 66. 4. Ran. 858; est etiam nomen comoediae Hermippi (fr. 8—13); cf. etiam ἀλφιτόπωλις Ar. Eccl. 686, ἰσχαδόπωλις Lys. 564. — Vide praefat. § 1 α.

σκοτοβινιῶ verbum obscoenum Ar. Ach. 1221: κἀγὼ καθεύδειν βούλομαι καὶ στύομαι καὶ σκοτοβινιῶ est comice fictum cum allusione ad verbum σκοτοδινιῶ v. 1219. Verba in -ιᾶν vide s. v. σιβυλλιᾶν. — Cf. praefat. § 9.

σκοτοδασυπυκνόθριξ „qui est capilli et obscuri et densi et crassi" est Ar. Ach. 390: λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα παρ' Ἱερωνύμου σκοτοδασυπυκνότριχά τιν' Ἄϊδος κυνῆν. Cf. δασύθριξ Theocr. 7. 15. Simmias 1 (VI. 113), ἰθύθριξ Her. 7. 70. Hippocr., λευκόθριξ Eur. Bacch. 112. Ar. Av. 971. Callim. Cer. 120. Strab. 16. 784, ὀρθόθριξ Aesch. Cho. 32, μελανόθριξ Hippocr., πυκνόθριξ Nonn. 36. 302, πολιόθριξ Strab. 7. 2. 3, καλλίθριξ Hom. Il. 5. 323. Od. 3. 475, similia. — Vide praefat. § 1 α.

σκυλοδεψεῖν vide ad voc. *σκυλοδέψης*.

σκυλοδέψης „coriarius" legitur Ar. Av. 490 et Eccl. 420: *ὅσοις δὲ κλίνη μή 'στι μηδὲ στρώματα, ἰέναι καθευδήσοντας ἀπονενιμμένους ἐς τῶν σκυλοδεψῶν.* *Σκυλόδεψος* invenitur ap. Dem. 25. 38, *βυρσοδέψης* Nub. 581. Eq. 44. Plat. Conv. 221 e. Verbum *σκυλοδεψεῖν* legitur Ar. Plut. 514: *ἢ σκυτοτομεῖν ἢ πλινθουργεῖν ἢ πλύνειν ἢ σκυλοδεψεῖν.* Cf. *βυρσοδεψεῖν* Plut. 167. „Derivatum est *σκυλοδέψης* e voc. *σκύλος* (Theocr. 25. 142. Callim. fr. 142. Nicand. Alex. 270) et *δέφειν*, non e voc. *σκῦλον*, cuius prima producitur" (Blayd.). De compositione cf. s. v. *ἀγριοποιός*. — Vide praef. § 3 *β*.

σκώληξ Platon. fr. 25 ap. Bekk. Anecd. 114, 9 explicatur „*τὸ παυόμενον θαλάσσιον κῦμα καὶ ἀρχόμενον*" et a Photio „*τὸ πρὸς τῇ γῇ οἴδημα τῆς θαλάσσης· οἷον τὸ προσκράσσον κῦμα*". Nomen inde videtur originem ducere, quod undae se quasi vermes movent; *σκώληξ* enim est „vermis" Hom. N. 654. Ar. Vesp. 1111; praeterea significat „filum" ap. Epigenem 3. 540, „placentae genus vermis formam habens" Alciphr. fr. 10. Cf. verbum *σκωληκίζω* ap. medicos de pulsu venarum serpente. Vide praefat. § 2 *β*.

σκωραμίς „vas in quo ventris onus deponitur" legitur Ar. Eccl. 371: *ἵνα μὴ γένωμαι σκωραμὶς κωμῳδική.* Schol.: *ἀμὶς μὲν ἐν ᾧ οὐροῦσι, σκωραμὶς δὲ ἐν ᾧ ἀποπατοῦσιν.* *Ἀμίς* est Thesm. 633. Dem. 54. 4 etc. — Vide praef. § 3 *θ*.

σμηματοφορεῖον „receptaculum smegmatis (*σμῆμα* vel *σμῆγμα* est id quo in abstergendo utimur, pulvis quidam siccus)" (H. Steph.) legitur Aristoph. fr. 17. *Σμῆμα* est Antiphan. 3. 74, Philoxen. Ath. 9. 409 f. De formatione cf. s v. *ἀσωτεῖον*. — Vide praef. § 3 *ι*.

σμιλεύματα proprie sunt „ramenta sive recisamenta" quae facta sunt instrumento σμίλη, quod in usu est apud sutores, medicos et sculptores („scalper, scalprum") (Schol.: σμιλεύματα δὲ τὰ ἐκβαλλόμενα ἀπὸ σμίλης), sed metaphorice sunt „minutiae sive quisquiliae", quas sectatus est Euripides, Ar. Ran. 819: σχινδαλάμων τε παραξόανα (Herw.) σμιλεύματά τ' ἔργων. Cf. σμιλευτὰ (γράμματα) ap. Dioscorid. Anth. Pal. VII. 411, διασμιλεύω Alex. fr. 215, σμιλεύω ap. sequiores, σμίλη saepius in Anthol. De formatione s. v. βωμολόχευμα. — Vide praef. § 2 α 3.

σμινύδιον „parvus bidens" legitur Aristoph. fr. 855. Deminutivum est vocab. σμινύη (Ar. Av. 602. Nub. 1486. Plat. Rep. 2. 370 d. Xen. Cyr. 6. 2. 24. Alciphr. 3. 24). — Vide praefat. § 7.

σοβάδες vide ad voc. γραοσόβης.

σπαθίς „rudicula vel spathula, qua ex lecytho oleum solebant haurire" legitur Aristoph. fr. 205: τῆς μυρηρᾶς ληκύθου πρὶν κατελάσαι τὴν σπαθίδα, γεύσασθαι μύρου. Poll. 10. 120: τὸ εἰς τὰς ληκύθους καθιέμενον ἐπὶ γεύματι τοῦ μύρου σπαθίδα καὶ σπάθην κλητέον, similiter 7. 177. Photius: σπαθίδα τὴν τῶν μυρεψῶν σπάθην. Vocab. invenitur etiam ap. Eubul. 3. 253, σπάθην eodem sensu usurpavit Alexis 3. 409. Σπαθίς etiam est vestis quoddam genus ap. Poll. 7. 36; cf. verb. σπαθίζω (rudicula oleum illinere) ap. Hesych.

σπαρτιοχαίτης „qui comam habet quasi funes sparteos" legitur Platon. fr. 124, v. 2: τὸν ὑπηνόβιον σπαρτιοχαίτην ῥυποκόνδυλον ἑλκετρίβωνα. Σπαρτίον est ap. Arist. Pac. 1247, Aristot. Mechan. II. 1. 9, dem. voc. σπάρτον, quod saepius invenitur. Ad formam: ἀβροχαίτης Anacr. 41. 8. Hymn. Ap. 2. (IX. 525), βαθυχαίτης

Hes. Th. 977, ἱππιοχαίτης Hom. Z. 569, κυανοχαίτης Hom. saepius, Hes. Th. 278 etc. De compositione cf. s. v. ἀλφιτόχρως. — Vide praef. § 1 γ.

σπασμός vide ad voc. ἀντισπασμός.

σπατάγγης Aristoph. fr. 409 significare videtur „τὸ αἰδοῖον": δάπτοντα, μιστύλλοντα, διαλείχοντά μου τὸν κάτω σπατάγγην. Proprie autem est „ὁ μέγας ἐχῖνος ὁ θαλάσσιος" Aristot. H. A. 4. 5. Ath. 3, 91 b. c. Phot. Hesych. — Vide praef. § 4.

σπερμαγοραιολεκιθολαχανοπώλιδες significat eas mulieres, quae „in foro semina, pultem et olera vendunt" Ar. Lys. 457. Cf. *σπερματοπώλης* „qui semina vendit" Nicophont. fr. 19. Λεκιθόπωλις est Ar. Plut. 427. Luc. Lexiph. 3, λαχανόπωλις Ar. Vesp. 497 et seriores. — Vide praefat. § 1 α.

σπερματίας (sc. σικυός) „i. q. σικυὸς πέπων" legitur Cratin. fr. 136, v. 3: πώποτ' εἶδες, εἰπέ μοι, τὸν ἄνδρα; Λαέρτα φίλον παῖδ'; ἐν Πάρῳ, σικυὸν μέγιστον σπερματίαν ὠνούμενον. Cf. Athen. 2. 68 c. Phrynich. Ecl. 258. Photius: σπερματίας· ὁ εἰς σπέρμα παρειμένος. De formatione vide s. v. βαδισματίας.

σπερματοπώλης vide s. v. σπερμαγοραιολεκιθολαχανοπώλιδες.

σπηλάδιον „parva spelunca" legitur Theopomp. fr. 46. Deminutivum est vocabuli σπήλαιον. — Vide praefat. § 7.

σπινίδιον „parva fringilla" est Aristoph. fr. 387, v. 7: ὄψῳ δὲ χρῆσθαι σπινιδίοις τε καὶ κίχλαις. Deminut. est vocab. σπίνος (Ar. Pac. 1149. Av. 1079, Ael. H. A. 4. 60). Cf. demin. σπίνιον Eubul. 3. 268. — Vide praef. § 7.

σπλεκοῦν de concubitu usurpatur Aristoph. Lys.

152: στύοιντο δ' ἄνδρες κἀπιθυμοῖεν σπλεκοῦν. πλεκοῦν libri Schol. Eng. Bergk, σπλεκοῦν Scal. Dind. Mein.; agnoscunt Poll. 5. 93 et Hesych., πλεκοῦν et σπεκλοῦν Suid. (Schol.: συνουσιάζειν παρὰ τὸ πλέκεσθαι). Compositum διασπλεκοῦν legitur Plut. 1082: διεσπλεκωμένη, unde apparet veram formam esse σπλεκοῦν. „Scriptor Byzant. (ap. Hasium MSS. du Roi IX p. 132): μίαν τῶν μοναζουσῶν, διεσπλεκωμένην ὑπὸ μυρίων ἀρχαίαν Φίλην". (Dobr.) — Vide praef. § 12.

σποδεῖν „avide comedo" legitur Ar. Pac. 1306 et Pherecrat. fr. 55: [ὤλεν] ὀβελίαν σποδεῖν, ἄρτου δὲ μὴ προτιμᾶν. Verbum significat etiam „ferio, percutio" Ar. Av. 1016. Nub. 1376. Ran. 662. Lys. 366; cf. Aesch. Ag. 653. Sept. 809. Eur. Andr. 1129. Hipp. 1238. Praeterea usurpatur obscoene = „βινεῖν" Ar. Eccl. 942. 908. 113. 1016. Thesm. 492: ὑπὸ τῶν δούλων τε κὠρεωκόμων σποδούμεθ'. Imitatus est Luc. catapl. 12; cf. praefat. § 12; σποδησιλαύρα = meretrix publica est ap. Eustath. 1921, 58. — Vide praefat. § 2 β.

σπουδαρχίδης i. e. „ὁ σπουδάζων περὶ τὰς ἀρχάς" est Ar. Ach. 595, Eupol. fr. 234: „ἄσπουδος δ' ἀνὴρ σπουδαρχίδου κακίων". Vocabulum imitati sunt Liban. ep. 394 et Eustath. p. 199. 34; vide praefat. § 12. Cf. οἱ σπουδαρχιῶντες Arist. Pol. V. 5, σπουδαρχιάζειν Phot. p. 532, 12. Σπουδαρχίδης est patronymicum comice fictum, vide s. v. μισθαρνίδης. Cf etiam σπουδαρχίας = candidatus Xen. Symp. 1. 4.

στάδην vide s. v. τραπέμπαλιν.

σταμνάριον „vasculum vinarium" legitur Eupol. fr. 204. Deminutivum est vocabuli στάμνος, quod invenitur Ar. Plut. 545. Dem. 35. 32; cf. demin. σταμνίον

Ar. Lys. 196. Plat. Ep. 13. 361 a. Menand. 4. 108. — Vide praefat. § 7.

στατηριαῖος „staterem valens, qui stateris pretio aestimatur, *στατῆρος ἄξιος*" (H. Steph. Poll. 9. 59) legitur Theopomp. fr. 21: *οὔ Φησιν εἶναι τῶν ἑταιρῶν τὰς μέσας στατηριαίας*. De formatione cf. s. v. *γωνιαῖος*.

στεφανώματα „locus ubi coronae veneunt" legitur Ar. Eccl. 302 et Pherecrat. fr. 2: *λουσάμενοι δὲ πρὸ λαμπρᾶς ἡμέρας ἐν τοῖς στεφανώμασιν*. Schol.: *ἔνθα οἱ στέφανοι πλέκονται*. Cf. *στέφανοι* eodem sensu usurpatum ab Antiphan. 3. 46, *στεφανηπλόκιον* Strato 7 (XII. 8.). — Vide praefat. § 3 *γ*.

στημονίας adi. „staminibus similis, i. e. prolixus et tener" (H. Steph.) dicitur de cincinnis Cratin. fr. 353. Poll. 2. 28: „*στημονίας κικίννους*" *Κρατῖνος εἶπε τοὺς στήμονι ὁμοίους ὑπ' ἰσχνότητος*. Adi. *στημόνιος* est ap. serior., subst. *στήμων* ap. Hesiod., Ar., Plat. De formatione cf. ad *βαδισματίας*.

στίγων vide s. v. *πέδων*.

στίλβη „ellychnium, lychni quoddam genus, laterna" legitur Hermipp. fr. 28, Aristoph. fr. 561, Platon. fr. 190: *ὠνήσομαι στίλβην τιν', ἥτις μὴ πότις*. Poll. 10. 119: *οὐκ ἀφανὲς ὅτι καὶ ἡ στίλβη λύχνου τι εἶδος*. 6. 103: *καὶ στίλβη ἦν τι ἀγγεῖον γήινον, ᾧ ἀντὶ λύχνου ἐχρῶντο*. Vocabulum cohaeret cum verbo *στίλβω* (splendeo). — Vide praefat. § 3 *θ*.

στίλη „tantillum" Ar. Vesp. 213: *τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν ὅσον ὅσον στίλην*; Cf. *τυτθόν* Theocr. 1. 45, *ἀττάραγος* (propr. frustulum panis) Callim. epigr. 49, *σταλαγμός* Aristot. H. A. 23. 2, *γρῦ* Lucian. Lex. 19. Ar. Plut. 17, *ῥανίς* Aelian. N. A. 3, *ψακάς* Pac. 121, *στριβιλικίγξ* Ach. 1035, *ἄχνη* Vesp. 92, *πασπάλη* Vesp. 91, *ἀκαρῆ*

Vesp. 541. Av. 1649, θρίξ Ran. 614, πάτταλος Eccl. 284, φεψάλυξ, similia. Schol.: σημαίνει τὸ ἐλάχιστον. Καλλίστρατος δὲ νομισμάτιόν τι ἐλάχιστον. Vict.: τὸ οὐδὲν καὶ τὸ τυχόν. ἔστι δὲ ὁ σταλαγμός (gutta). — Vide praefat. § 2 α 1.

στιπτός Ar. Ach. 180: Ἀχαρνικοὶ, στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι metaphorice usurpatur de hominibus = „στερεός, durus, firmus, severus". Proprie voc. usus est Theophr. Ign. 37: ἄνθρακες στιπτοί = πεπατημένοι = calcati, Soph. Phil. 33: στιπτὴ φυλλάς = lectus e foliis calcatis; alii: στειπτή. Cf. στιφρός s. στιβαρός Xen. Cyn. 4. 1; 9. 13, στέριφος = στερεός (Thuc.). Verbum στείβω est Hom. Il. 11. 534. Od. 6. 92. Xen. An. 1. 9. 13. Opp. Cyn. 1. 456. Vide praefat. § 2. α. 1.

στοματουργός „ore opus conficiens" (Blayd.) legitur Ar. Ran. 826: στοματουργὸς ἐπῶν βασανίστρια λίσφη. Idem est (secund. Blayd. et Kock.) στόμαργος Aesch. Sept. 447. Formatum illud ut δρεπανουργός, ubi vide. De compositione cf. ἀναγχιππεῖν. — Vide praefat. § 1 γ.

στομοῦν „loquacem reddere" legitur Ar. Nub. 1108. 1110: τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον στόμωσον οἵαν ἐς τὰ μείζω πράγματα. Poll. 2. 100: Ἀριστοφάνης δὲ στομῶσαι εἴρηκε τὸ λάλον ἀπεργάσασθαι. Proprie est „acuere" de gladiis vel aliis instrumentis ferreis, nam στόμα est acies gladii, Hom. Il. 15. 589. Soph. Ai. 651. Phot. p. 540. 20: στόμωμα· τὸ ὀξῦνον τὸν σίδηρον. Eadem imagine usus Sophocles Aiac. 581 dixit γλῶσσα—τεθηγμένη. Aliae significationes verbi στομοῦν sunt: „os obstruo" Her. 4. 69, „roboro" Plut. Lyc. 16. Ant. 42, „ostium aperio" medic. Praeterea cf. στόμωσις ap. Soph. O. C. 799, στομώδης = εὔστομος, εὔφημος Soph. ap. Poll. 2. 101. — Vide praef. § 2 α 1.

στομφάζω vide s. v. *στόμφαξ*.

στόμφαξ „grandiloquus" legitur Ar. Nub. 1367: *ψόφου πλέων, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν*, et fr. 624. Phot. p. 540. 18: *στόμφακα· τὸν κομπαστήν*. De forma cf. s. v. *θαλάμαξ*. — Vide praef. § 1 γ. Verbum *στομφάζειν* „grandia loqui" legitur Vesp. 721: *βόσκειν ἐθέλων καὶ μὴ τούτους ἐγχάσκειν σοι στομφάζοντας*. Hesych. *στομφάσαι· στομφολογῆσαι, κομπάσαι, ἀλαζονεύσασθαι. στόμφος γὰρ ἡ ἀλαζονεία*. Verbum imitatus esse videtur Hermogenes rhetor; cf. praef. § 12.

στράβηλος „genus olivae" legitur Pherecrat. fr. 13, v. 2: *ἐνθρύσκοισι καὶ βρακάνοις καὶ στραβήλοις ζῆν*. Poll. 6. 45: *τὰς δὲ κοτινάδας ἐλάας στραβήλους ὠνόμασε Φερεκράτης*. Alibi haec vox est „genus conchylii tortuosi". — Vide praef. § 2 β.

στρατηγίς „femininum vocis *στρατηγός*" legitur Ar. Eccl. 835. 870: *δέδοικα γὰρ μὴ καὶ παρὰ τῇ στρατηγίδι, ὅταν κατατιθῶ, προσποιῇ τῶν χρημάτων* et Pherecrat. fr. 235. *Στρατηγίς· ἡ γυνή*: Photius. Adiective usurpatur ap. Soph. Ai. 49 (-*πύλαι*) et supplendum est voc. *ναῦς* (sive cum eo iungitur) ap. Her. 8. 92. Thuc. 2. 84, (-*τριήρης*) Andoc. 1. 11. Cf. praefat. § 1 γ.

στρεψίμαλλος Aristoph. fr. 638: *καὶ στρεψίμαλλος τὴν τέχνην Εὐριπίδης* ab Eustathio 1638. 17 explicatur: *στρεψιμάλλους ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς περιλαλοῦντας, ἀπὸ ἐρίων συνεστραμμένους μαλλοὺς ἐχόντων καὶ οὕτω δυσλύτων*. H. Steph.: „non simplex", „metaphora a velleribus intortos villos habentibus". Cf. s. v. *στρεψοδικεῖν*. Ad formam: *πηγεσίμαλλος* Hom. Γ. 197, *χρυσόμαλλος* Eur. Or. 999, alia. — Vide praef. § 2 α 1.

στρεψοδικεῖν „ius perverto" legitur Ar. Nub. 434: *οὐ γὰρ τούτων ἐπιθυμῶ, ἀλλ' ὅσ' ἐμαυτῷ στρεψοδικῆσαι*.

Schol.: ἀντὶ τοῦ στρέψαι τὰς δίκας. De compositione vide βορβοροτάραξις. Inde στρεψοδικοπανουργία legitur Av. 1468 = „calliditas in pervertendo iure": πικρὰν τάχ' ὄψει στρεψοδικοπανουργίαν. — Vide praefat § 1 γ.

στρεψοδικοπανουργία vide ad voc. στρεψοδικεῖν.

στρηνόφωνος „qui est aspera voce" legitur apud Calliam in fr. 30. Adi. στρηνής sive στρηνός (cf. stren-uus) est Ap. Rhod. 2. 323. Antip. Thessal. 69 (VII. 287) et al. serior., verb. στρηνύζω (de voce elephant.) Poll. 5. 88. Ad formam: μεγαλόφωνος Luc. Merc. cond. 23, et al. seq., μικρόφωνος Alexis 3. 396. Plutarch., λαμπρόφωνος Demosthen., Plutarch., ἰσχνόφωνος Herod., Hippocrat., Plutarch., alia multa. De compositione cf. s. v. βαθύκομος.

στριβιλικίγξ „tantillum", subst. indeclinabile, legitur Ar. Ach. 1035: σταλαγμὸν εἰρήνης ἕνα ἐνστάλαξον· οὐδ' ἂν στριβιλικίγξ. Sic codd. A. B. C., στριβικίγξ R. Schol.: ῥανίς. στρίβος δὲ καλεῖται ἡ λεπτὴ καὶ ὀξεῖα βοή. λίκιγξ δὲ ἡ ἐλαχίστη βοὴ τοῦ ὀρνέου. Porro vide s. v. στίλη. — Cf. praefat. § 1 γ.

στρογγυλοναύτης „qui gaulo, paene rotundo navigii genere, vehitur" (Kock.) legitur Aristoph. fr. 861. Cf. στρογγύλα πλοῖα Thuc. 2. 97. Xen. Hell. 5. 1. 18. De compositione: ἀβελτεροκόκκυξ. — Vide praef. § 1 γ.

στρογγυλόπλευρος „qui lateribus est rotundis" de anguillis paludis Copaïdis comice adhibuit Strattis fr. 44: Κωπᾴδων ἁπαλῶν τεμάχη στρογγυλοπλεύρων. De compositione cf. s. v. βαθύκομος.

στρόφιον „zona muliebris" legitur Ar. Lys. 931, Thesm. 139. 251. 255. 638, fr. 320 v. 4, fr. 647 et Pherecrat. fr. 100: μίτραν ἁλουργῆ, στρόφιον, κτένα. Poll. 7. 67: τὸ μέντοι γυναικεῖον ζώνιον οὕτως ἐκάλουν.

Schol.: ζωνάριον. Στρόφιον proprie est deminutivum vocab. στρόφος Od. 13. 438. Aesch. Sept. 853. Her. 4. 60; cf. praefat. § 7; significat etiam „redimiculum capitis" sacerdotum et regum, Plut. Ar. 53, Aristid. 5. Maneth. 1. 227. D. L. 8. 73. „Zonam" indicat etiam voc. στροφίς (gen. -ίδος) Eur. Andr. 719. — Vide praefat. § 3 θ.

στρόφις „homo versatilis ingenii legitur Ar. Nub. 450: κέντρων, μιαρὸς, στρόφις, ἀργαλέος. Schol. εὔστροφος καὶ εὐκίνητος ἐν τοῖς πράγμασιν. Cf. s. v. γλωττοστροφεῖν, στρεψίμαλλος et στρόφιον. — Vide praefat. § 1 γ.

στρωματίτης scil. ἔρανος, i. e. „ἐν ᾧ ἑαυτοῖς παρεῖχον τὰ στρώματα" (Hesych. Phot.) legitur Cratin. fr. 445. Cf. στρώματα Ar. Ach. 1090. Nub. 37. Plat. Prot. 315 d. Lys. 14. 25. Dem. 24. 197. Luc. Asin. 38. — Vide praefat. § 3 θ.

στύππαξ vide s. v. στυππειοπώλης.

στυππειοπώλης „stuppae venditor" legitur Ar. Eq. 129: ὁ χρησμὸς ἄντικρυς λέγει ὡς πρῶτα μὲν στυππειοπώλης γίγνεται. Sic codd. B. C. Γ. Δ., στυππιοπώλης V., στυπισπώλης R. Schol.: ὁ τὰ στυππεῖα πωλῶν, τουτέστι καννάβινα ἢ λινᾶ. Στυππεῖον (stuppa) est Her. 8. 52. Xen. Cyr. 7. 5. 23. Luc. asin. 31 etc. De compositione cf. s. v. ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 3 β. Idem videtur esse voc. στύππαξ, quod legitur Aristoph. fr. 696: καὶ σὺ κυρηβιοπῶλα Εὔκρατες στύππαξ. Hesych.: στύππακα· στυππειοπώλην. Cf. ὀνοστύππαξ (Hesych.) et s. v. πλοῦταξ. Vide praefat. § 1 γ.

στυφελιγμός „iniuria contumeliosa" legitur Ar. Eq. 537: οἵας δὲ Κράτης ὀργὰς ὑμῶν ἠνέσχετο καὶ στυφελιγμούς. Sic codd. R. Θ., στυφελισμούς V. etc. Schol. λοιδορία, ὕβρις, μέμψις. Verbum στυφελίζω est Hom. Od. 18.

416. Il. 21. 380 etc. Pind. fr. 247. Soph. Ant. 139. Ap. Rhod. 2. 273. De formatione cf. s. v. ἀδωνιασμός.

στωμυλία „loquacitas" est Ar. Ran. 1069: „στωμυλίαν ἐδίδαξας, ἣ 'ξεκένωσεν τὰς παλαίστρας". Non recurrit nisi apud Polybium et seriores. — Vide praefat. § 12.

στωμυλιοσυλλεκτάδης i. e. „στωμυλίας (nugas loquaces) συλλέγων" legitur Ar. Ran. 841: σὺ δή 'μὲ ταῦτ', ὦ στωμυλιοσυλλεκτάδη; Schol.: ἀντὶ τοῦ στωμύλα ῥήματα συλλέγων. Cf. composita similia: ῥακιοσυρραπτάδης Ran. 842, σαλπιγγολογχυπηνάδης Ran. 966, γενειοσυλλεκτάδης Ath. 4. 157 b, ἀρχογλυπτάδης com. anon. 4. 625.

στωμύλλω et med. invenitur Ar. Nub. 1003. Ran. 1071. 1310. Eq. 1376. Pac. 995. Thesm. 461. 1073. Ach. 579: πτωχὸς ὢν εἰπόν τι κἀστωμυλάμην. Recurrit demum apud Dion. C. 76. 9. Clem. Al. Strom. 1. p. 328. Alciphr. 3. 60. Eustath. ad Hom. Il. p. 1312. 1; cf. praefat. § 12.

στώμυλμα „loquacitas" est Ar. Ran. 943, v. 92 abstractum pro concreto = „persona loquax": ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα. Imitatus est Dion. Hal. Art. Rhet. 18, qui ἐπιλόγους vocat στωμύλματα τῶν λόγων. Cf. praefat. § 12. Sic etiam τρίμμα, κύρμα, παιπάλημα, λάλημα (ap. Sophocl.) de personis dicta sunt. Ceterum vide στωμυλιοσυλλεκτάδης. Cf. στωμύλος Ar. Ach. 429. [Plat.] Eryx. 379 d. Luc. D. d. 7. 3.

συγγίγνεσθαι apud Teleclidem fr. 38, Eupolin fr. 38 et 108 est „comedere, libenter vesci": συγγενέσθαι μάζαις, σπλάγχνοισι, φάγροισι. Sic συνεῖναι ap. Pherecr. fr. 56, Plut. Alcib. 23, ὁμιλεῖν (οἴνῳ) Aelian. V. H. 2. 38, εἰς λόγον ἐλθεῖν (στεμφύλῳ) Ar. Equit. 806.

συγκαρκινοῦσθαι de frumentis dicitur, cum „radices

agunt" (H. Steph.) Pherecrat. fr. 20: ὁπόταν σχολάζῃς, νῖψον, ἵνα τὰ λήια συγκαρκινωθῇ. Harpocr. p. 106: ὅταν ὁ σῖτος ῥιζωθῇ κατὰ τῆς γῆς, κεκαρκινῶσθαί φασι Poll. 7. 150: τὸ μέντοι ῥιζοῦσθαι τὸν σῖτον συγκαρκινοῦσθαι ἔλεγον. Quippe radices tamquam cancri brachia terram tenere videntur.

συγκαταδαρθάνω i. q. συνουσιάζω Ar. Eccl. 613 et 622: θάρρει, μὴ δείσῃς, οὐχὶ μαχοῦνται. περὶ τοῦ; τοῦ μὴ συγκαταδαρθεῖν. Cf. συγκατάκειμαι Eccl. 614. Plat. Phaedr. 256 a, συγκαθεύδω Aesch. Ch. 893. Eccl. 1009. Cratin. fr. 279. Plat. Legg. 8. 838 b. Xen. Conv. 4. 53; 8. 31 etc. Simplex καταδαρθάνω Hom. Od. 8. 296 etc. Al. comp.: ἐγκαταδαρθάνω Plut. Symp. 3. 1. 3 et serior., ἐπικαταδαρθάνω Plat. Rep. 7. 534 d. Thuc. 4. 133. Plut. Symp. 6. 2. 1. — Vide praef. § 5.

συγκολλητής „conglutinator" legitur Ar. Nub. 446: βδελυρὸς, ψευδῶν συγκολλητής. Schol.: ἀντὶ τοῦ (ψευδο)-πλάστης. Cf. verb. συγκολλᾶν Vesp. 1041. Plat. Tim. 43 a. Luc. Alex. 21, adv. συγκόλλως Aesch. Suppl. 306. Cho. 535. De formatione cf. s. v. βαβάκτης.

συγχειμάζομαι „una hiberna frigora perpeti" legitur Ar. Plut. 847: τὰ δ' ἐμβάδια; καὶ ταῦτα συνεχειμάζετο. Cf. διαχειμάζω Thuc. 6. 74, ἐγχειμάζω Poll. 1. 62, ἐπιχειμάζω Thuc. 1. 89, παραχειμάζω Dem. 34. 8. Polyb. 2. 64, omnia activa, quare Blayd. annot. crit.: „repono confidenter συνεχείμαζέ μοι". Simplex χειμάζω est Her. 8. 133. Av. 1097. Xen. Hell. 1. 2. 15. Plut. Pyrrh. 30. — Vide praefat. § 5.

συγχορεύτρια vide ad voc. πρόσχορος.

συκάζειν vide s. v. σῦκον.

συκίδιον „arbuscula ficus" legitur Ar. Pac. 597: ὥστε σε τά τ' ἀμπέλια καὶ τὰ νέα συκίδια προσγελάσεται. Deminutivum est vocabuli συκῆ. — Vide praefat. § 7.

συκίς „surculus e ficu avulsus, qui plantatur aut inseritur" legitur Aristoph. Ach. 996: εἶτα παρὰ τόνδε νέα μοσχίδια συκίδων (codd. A. B. vulg., συκιδίων R.) et fr. 374. Poll. 7. 152: τὰ δὲ φυτευτήρια τῶν σύκων συκίδας 'A. ἐν ταῖς Λημνίαις. Etiam hoc vocabulum a συκῇ formatum est. Imitatur Aelianus in Epist. Rustic. 4 totum locum Ach. 995–998; cf. praefat. § 12. Idem videtur esse συκάς apud Poll. 1. 242.

συκολογεῖν vide s. v. σῦκον.

σῦκον = αἰδοῖον γυναικεῖον legitur Ar. Pac. 1350: τῆς δ' ἡδὺ τὸ σῦκον. Sic verbum *συκάζειν* obscoenam notionem habet Stratt. fr. 3: καὶ τὴν Λαγίσκαν τὴν Ἰσοκράτους παλλακὴν εὑρεῖν με συκάζουσαν. Hesych.: τὸ κνίζειν ἐν ταῖς ἐρωτικαῖς ὁμιλίαις. Etiam in verbo *συκολογεῖν* Ar. Pac. 1346: οἰκήσετε νῦν καλῶς οὐ πράγματ' ἔχοντες ἀλλὰ συκολογοῦντες inest ambiguitas obscoena; proprie est „ficus legere", quod etiam est notio propria verbi συκάζειν. Cf. Xen. Oec. 19. — Vide praef. § 4.

συκοπέδιλος proprie significat „ὁ ἐκ συκίνου ξύλου πέδιλα ἔχων", sed allusio inest ad voc. συκοφαντεῖν Cratin. fr. 69: Δωροῖ συκοπέδιλε. Apud Hesiodum (Theog. 454) est epitheton χρυσοπέδιλος, quod inde illatum est in Hom. Od. 11. 604 (Kock.), pro quo vocabulo συκοπέδιλος usurpatum videtur (παρῳδεῖται τοῦτο ἐκ τῶν ἀρχαίων ποιημάτων Hesych.). Cf. χρυσοπέδιλλος Sapph. fr. 21. Vocabulum συκοπέδιλος e Cratino citat Aristophanes Eq. 529: ᾄσαι δ' οὐκ ἦν ἐν συμποσίῳ πλὴν Δωροῖ συκοπέδιλε. De compositione cf. s. v. ἀλφιτόχρως. — Vide praefat. § 8.

συκοφάντρια „mulier quae sycophantatur" legitur Ar. Plut. 970: ἤ που καὶ σὺ συκοφάντρια ἐν ταῖς γυναιξὶν ἦσθα. Cf. σοφίστρια Plat. Euthyd. 297 c, μαθήτρια ap.

seriores, φαιδύντρια Aesch. Ch. 748, μαιεύτρια Soph. fr. 86 et praeterea praefat. § 1 γ.

συμβυνῶ „arcte stipare" legitur Ar. Vesp. 1110: οἱ δ' ἐν ᾠδείῳ δικάζουσ', οἱ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις συμβεβυσμένοι. Schol.: πυκνώσαντες ἑαυτοὺς καὶ κάμψαντες διὰ τὸ γῆρας. Simplex saepius invenitur. — Vide praef. § 5.

συμπαίστρια „quae colludit, colludere solet" Ar. Ran. 411: νῦν δὴ κατεῖδον καὶ μάλ' εὐπροσώπου συμπαιστρίας τιτθίον προκύψαν. Verb. συμπαίζω: Soph. O. R. 1109. Theocr. 11. 77. Plut. Lyc. 16, συμπαίκτης (forma sequior): Meleag. 97 (V. 214), συμπαιστής: Ael. H. A. 14. 28, συμπαίστωρ: Xen. Cyr. 1. 3. 14. De formatione cf. s. v. βάπτρια. — Vide praef. § 1 γ.

συμπαραμείγνυμι „simul admisceo" legitur Ar. Plut. 719: ἐν τῇ θυείᾳ συμπαραμειγνύων ὀπόν. Simplex παραμείγνυμι invenitur Ar. Vesp. 878. Hippocr. Plat. Rep. 3. 415 c. Arist. Eth. 10. 7. Plut. Ant. 24. Cf. συμπαραμίσγω ap. seriores. — Vide praefat. § 5.

συμπάροικος „contubernalis" legitur Eupol. fr. 177; πάροικος (iuxta habitans) est ap. Aesch. Pers. 850. Soph. Ant. 1139. Thuc. 3. 113, serior. — Vide praef. § 5.

συμφυσᾶν = „τεκταίνεσθαι, κατασκευάζεσθαι" legitur Ar. Eq. 468: καὶ ταῦτ' ἐφ' οἷσίν ἐστι συμφυσώμενα ἐγᾦδ'. Schol.: χρῆται χαλκευτικοῖς ὀνόμασι, φυσώμενα δὲ εἶπε διὰ τὰς φύσας τὰς χαλκευτικάς. Ex officina ferraria hausit poeta, proprie enim verb. est „conflare, confundere". Plat. Legg. 4. 708 verbo usus est significatione intransitiva = ὁμολογεῖσθαι, συμφωνεῖν, consentire, de vento Plut. Sertor. 17 (ἐξ ὑγρῶν πεδίων συμφυσώμενος), cf. simpl. φυσᾶν ap. Hom. Il. 23. 218. Polyb. 1. 48. 5. Vide praefat. § 2 β.

συνδικαστής „collega in iudicio" legitur Ar. Vesp.

197. 215. 233. 266. 430: *εἶά νυν, ὦ συνδικασταὶ, σφῆκες ὀξυκάρδιοι.* — Vide praefat. § 5.

συνεκμαχεῖν (?) „una depugnare, una bellum ad exitum perducere" (Blayd.) legitur Ar. Lys. 1154: *συνεκμαχοῦντες τῇ τόθ' ἡμέρᾳ μόνοι.* Cf. *συνεκπονεῖν* Eur. Ion. 740. Iph. T. 1063. Hel. 850, *συνεκκομίζω* Eur. El. 73. Or. 684, *συνεκμοχλεύω* s. v. *Ἐκμαχεῖν* non extat, *συνεκμαχεῖν* igitur cum duabus praepositionibus compositum esse videtur, sed verba laborant, *συνεκβαλόντες* olim coniecit Herwerdenus, quem nunc de toto loco restituendo disputantem vide Mnemos. XXIV p. 291.

συνεκμοχλεύω „simul vectibus excutio" legitur Ar. Lys. 430: *ἐνθενδὶ δ' ἐγὼ συνεκμοχλεύσω.* Cf. s. v. *συνεκμαχεῖν.* — Vide praefat. § 5.

συνεκποτέα adi. verb. v. *συνεκπίνω* „simul ebibo" legitur Ar. Plut. 1085: *συνεκποτέ' ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα.* Cf. simplex *ἐκποτέον* App. Prov. 2. 43; 2. 44. Verb. *συνεκπίνω* invenitur Xen. An. 7. 3. 32. — Vide praef. § 11 β.

συνεπίκειμαι „simul impetum facio" legitur Ar. Eq. 266: *συνεπίκεισθ' ὑμεῖς; ἐγὼ δ', ἄνδρες, δι' ὑμᾶς τύπτομαι.* Cf. *προσεπίκειμαι* Dem. 27. 66 et serior. Simplex *ἐπίκειμαι* (= immineo, impetum facio) saepius invenitur. — Vide praefat. § 5.

συνηγορικόν (*τὸ-*) „patrocinii merces" legitur Ar. Vesp. 691: *αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν δραχμὴν, κἂν ὕστερος ἔλθῃ.* Schol.: *ὑπὲρ τοῦ συνηγορῆσαι. ἐλάμβανον γὰρ οἱ ῥήτορες δραχμὴν ὅτε συνηγόρουν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἢ ὑπὲρ ἄλλου τινός.* Cf. *τὸ δικαστικόν* (iudicialis merces) Aristot. Polyb. al., *τὸ ἐκκλησιαστικόν, πρεσβευτικόν, ἡλιαστικόν* etc. De formatione adiectivi *συνηγορικός* cf. s. v. *κρητικός.*

συνηπεροπεύω vide ad voc. *ἐξηπεροπεύω.*

συνθηματίαιος (de corona) „locaticia, sive quam alter faciendam locaverat, certa mercede promissa" (Blayd.) legitur Ar. Thesm. 458: *δεῖ γάρ μ' ἀνδράσιν πλέξαι στεφάνους συνθηματιαίους εἴκοσιν.* Poll. 7. 200: *συνθηματιαίους δὲ στεφάνους εἴρηκεν Ἀριστοφάνης τοὺς ἠργολαβημένους, οὓς οἱ νῦν ἐκδοσίμους λέγουσιν.* Schol.: *οὓς ἡμεῖς ἐκδοτικοὺς λέγομεν.* Similia docet Hesychius. Verb. *συνθηματίζω* (signum dare de quo convenit) est ap. serior., *συνθηματικός* (de litteris scriptis notis de quibus convenit) Polyb. 8. 18. 9. — De formatione cf. s. v. *γωνιαῖος.*

συντεκνῶ „simul liberos procreo" legitur Ar. Thesm. 15: *ζῷ' ἐν αὐτῷ συνετέκνου κινούμενα.* Cf. *ἐντεκνοῦσθαι* Plut. Cat. min. 25, *ἐκτεκνοῦν* Eur. Ion. 438, *ἐπιτεκνοῦν* Ioseph. Simplex *τεκνῶ* est apud Hesiod., Pind., tragg. — Vide praefat. § 5.

συντυρῶ proprie „in caseum cogo et condenso" Ar. Eq. 479: *τὰκ Βοιωτῶν ταῦτα συντυρούμενα* usurpatur metaphorice = „*συνίστημι, συμπήγνυμι*, commisceo", etc. Schol.: *συντυρούμενα· συμπηγνύμενα, καὶ ὅτι παρὰ Βοιωτοῖς πολὺς τυρός.* Cf. *τυρεύω* (machinor, struo) ap. Dem. 19. 295. Lucian. asin. 31, *τυρεῖν* proprie Alcm. ap. Ath. 11. 499. Arist. H. A. 3. 20., metaph. (= *τυρβάζω*) Archestrat. ap. Ath. 7. 311 b. — Vide praefat. § 2 α 3.

συνῳδικός legitur apud Calliam in fabula Πεδῆται, secund. Kockium in Mus. Rhenan. 1892 p. 407, ubi lexicon Messanense de iota adscripto affert fragmentum: „*ἴσως συνῳδὸς τῷ χρόνῳ γενήσεται (τῆς δὴ (?)) γὰρ ἀγαθὸν χρῆμα καὶ συνῳδικόν.*" Voc. significare videtur „aptus ad *συνῳδίαν*", concentum, quod voc. legitur ap. Platon. Legg. 8. 837 e. Cf. adi. *συνῳδός*, congruus,

consentaneus Herod. 5. 92. Ar. Av. 635. Eur. Med. 1008. Plat. Phaed. 92 c, etc.

συνωρικεύομαι legitur Aristoph. Nub. 15: ὁ δὲ κόμην ἔχων ἱππάζεταί τε καὶ συνωρικεύεται. Voc. perrarum est. „Formam activi huius verbi reperies apud scriptorem Byzantinum semibarbarum Theophylactam Simocattam, pag. 47. ed. Bohr.: συνωρικεύουσα (adiungunt) δ' αὐτῷ καὶ Κομεντίολον κ. τ. λ. Ad formationem verbi quod attinet, aperte non potest deduci a nomine συνωρίς, sed descendit a συνωρικός, quod ipsum venit a σύνωρος, quamquam neutrum horum vocabulorum servatum est." (Herwerdenus in Mnemos. XXIV p. 299). Ceterum cf. συνωρίζω (ἵππους) Ael. H. A. 15. 24; συνωρίς est ap. Soph. Eur. Ar. Plat. et serior. — Vide praef. § 12.

συοβαύβαλος scil. φθόγγος (Kock.) „sonus tamquam a suili" legitur Cratin. fr. 312: λόγος τις ὑπῆλθ' ἡμᾶς ἀμαθὴς συοβαύβαλος. „Cum βαυβᾶν sit dormire, συοβαύβαλον est quod ad sues dormientes vel ad cubilia eorum pertineat" (Kock.). Phot.: συοβαύβαλοι· ἐν οἷς ὗες εὐνάζονται. Hesych.: συοβαύβαλοι· συῶν αὐλιστήρια. Eustath. 1761, 28: βαυβᾶν τὸ κοιμᾶσθαι. Cf. Canthar. com. 2. 835. De compositione vide βδελλολάρυγξ.

συοβοιωτοί „porcini Boeoti" legitur Cratin. fr. 310: οὗτοι δ' εἰσὶν συοβοιωτοί, κρουπεζοφόρον γένος ἀνδρῶν. Boeoti enim irridebantur ob porcinos mores et immunditias. Schol. Pind. Ol. 6. 152: ὅτι διὰ τὴν ἀγροικίαν καὶ τὴν ἀναγωγίαν τὸ παλαιὸν οἱ Βοιωτοὶ ὗες ἐκαλοῦντο. Phot.: συοβοιωτοί· σύες γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ παλαιοὶ Βοιωτοί. Cf. voc. ὑομουσία Ar. Eq. 986. De compositione cf. s. v. γρυπάετος. — Vide praef. § 1 γ..

συρμαιοπώλης „raphanorum s. succi raphanorum

venditor" legitur Aristoph. fr. 265; συρμαίαν, genus raphanorum, ad ventrem purgandum usurpabant, cf. Ar. Pac. 1254. Herod. 2. 77. 125. Verb. συρμαΐζω (συρμαίᾳ uti) est Her. 2. 77, subst. συρμαϊσμός Hippocr. Voc. in -πώλης vide Poll. 7. 196—199. De compositione cf. s. v. ἀγριοποιός. — Vide praefat. § 3 β.

συσκηνήτρια feminina forma, cuius masculina non extat, significat feminam „contubernalem, quae cum aliqua est in tabernaculo" Ar. Thesm. 624: καὶ τίς σοὔστὶ συσκηνήτρια; Schol. φίλη συνδίαιτος. Derivatur a verbo συσκηνεῖν Xen. Hell. 3. 2. 8. Cyr. 3. 2. 25; subst. συσκηνία est Xen. Hell. 5. 3. 20. Cyr. 2. 1. 26, adi. σύσκηνος Thuc. 7. 75. Xen. Cyr. 2. 2. 29. Luc. Asin. 46. De formatione cf. s. v. βάπτρια.

συσπλαγχνεύω „simul exta comedo" legitur Ar. Pac. 1115: ἄγε δή, θεαταὶ, δεῦρο συσπλαγχνεύετε μετὰ νῷν. Schol.: συγγεύεσθαι τῶν σπλάγχνων. — Vide praefat. § 5.

συσταθεύω metaphorice „συνοπτᾶν τινα τῷ ἔρωτι legitur Ar. Lys. 844: καὶ μὴν ἐγὼ συνηπεροπεύσω παραμένουσά γ' ἐνθαδί, καὶ συσταθεύσω τοῦτον. Schol.: ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κρεῶν. Proprie = „simul asso, simul igne torreo" est ap. seriores. Simplex σταθεύω est Aesch. Prom. 22. Ar. Ach. 1041. Lys. 376. — Cf. praefat. § 2 α 1.

σφίγκτης vide s. v. κάπραινα.

σφίγξ vide s. v. κάπραινα.

σφραγιδονυχαργοκομήτης Ar. Nub. 332 ab aliis alio modo explicatur; Etym. m. p. 739: ἀπὸ τοῦ σφραγὶς καὶ ὄνυξ καὶ ἀργὸς καὶ κόμη, οἱονεὶ ὃς φέρει τοὺς δακτυλίους μέχρι τῶν ὀνύχων καὶ ὃς ἀεργός ἐστι καὶ κομᾷ. Phot. p. 561. 1: ἐν τοῖς δακτυλίοις σφραγῖδα ἔχοντες λίθου ὄνυχος.

Schol.: τοὺς περιττοῖς δακτυλίοις τὰς χεῖρας κοσμουμένους μέχρι τῶν ὀνύχων. Videtur igitur esse „qui digitos usque candidam partem unguinum annulis ornat et comam alit". — Cf. praefat. § 1 α.

σφρῖγος (τὸ-) „robur, vigor" legitur Hermipp. fr. 58, v. 6: σφρίγει βραχιόνων. Cf. verbum σφριγᾶν (vigere) ap. Ar. Nub. 799. Lys. 80. Plat. Legg. 7. 840 b. Eur. Andr. 155, adi. σφριγώδης ap. seriores; σφρῖγος etiam in mal. part. (luxuria, lascivia) explicatur in vett. lexicis. — Vide praefat. § 2 β.

σχινδάλαμοι „assulae, scandulae" legitur Ar. Ran. 819 et Nub. 130: „λόγων ἀκριβῶν σχινδαλάμους μαθήσομαι. Sic Br. Dindf. etc. (Moeris p. 360: ἐν τῷ χ Ἀττικῶς, ἐν τῷ κ Ἑλληνικῶς), σκινδάλμους A. G. R. V, σκινδαλάμους S. T. Δ. Θ. Φ. X. Ψ. cett. Imitati sunt Lucian. Disput. 5. Alciphr. III. 64. 1. Cf. σκινδαλαμοφράστης Agathias Epigr. — Vide praefat. § 12. Porro cf. σκαλαθυρμάτια et σκαριφησμοί s. v., κνίσματα καὶ περιτμήματα Plat. Hipp. mai. 304 a, et praefat. § 2 α 3.

σχινοκέφαλος „qui habet caput scillae bulbo simile, i. e. oblongum" (H. Steph.) legitur Cratin. fr. 71: ὁ σχινοκέφαλος Ζεὺς ὅδε προσέρχεται Περικλέης. De re cf. Plut. Pericl. 3: Ἀγαρίστη ἔτεκε Περικλέα προμήκη τὴν κεφαλὴν καὶ ἀσύμμετρον. Ad formam: μακροκέφαλος Hippocr. Strab., κυνοκέφαλος Plat. Aristoph. Aristot. cett., ὀξυκέφαλος Schol. Ar. Thesm. 175, alia. De compositione: ἀλφιτόχρως. — Vide praefat. § 1 γ.

σχισταί „calceamentorum genus" legitur Eupol. fr. 266: οὐ δεινὰ ταῦτα δὲ Ἀργείας φορεῖν σχιστὰς ἐνεργεῖν, in loco corrupto. Poll. 7. 85: σχισταὶ πολυτελὲς ὑπόδημα καὶ θρυπτικόν· ταύτας δὲ καὶ λεπτοσχιδεῖς ὠνό-

μαζον. Cf. s. v. *λεπτοσχιδεῖς*. Adiect. *σχιστός* est ap. Soph. O. R. 753. Eur. Phoen. 38. Plat. Polit. 265 d; *σχισταί* est saltationis genus Poll. 4. 105. — Vide praefat. § 3 *ϑ*.

σχοινίον vide ad voc. *ἐρέβινθος*.

T.

Ταγηνίας i. e. „*πλακοῦς ἐν ἐλαίῳ τετηγανισμένος* (coctus, tostus)" legitur Magn. fr. 1: *ταγηνίας ἤδη τεθέασαι χλιαροὺς σίζοντας, ὅταν αὐτοῖσιν ἐπιχέῃς μέλι*; Cratin. fr. 125, Metagen. fr. 6, v. 8, Nicophont. fr. 15. Idem est *ταγηνίτης* Ath. 14. 646 d. Hipponact. ib. 645 d. Cf. voc. *ταγηνοκνισοθήρας*. Vide praefat. § 3 ζ. De formatione cf. s. v. *βαδισματίας*.

ταγηνοκνισοθήρας „qui nidorem sartaginis venatur" (H. Steph.) legitur Eupol. fr. 173. Bekk. Anecd. 49. 13: *κνισοτηρητής· ὁ κνῖσαν καὶ δεῖπνα ἐπιτηρῶν*. Cf. voc. *ταγηνίας*. *Κνισοδιώκτης* est nomen muris Batrachom. 234; *κνισοκόλαξ* est Ath. 3. 125 d, *κνισολοιχός* Antiphan. 3. 35. Amphid. 3. 304. Sophil. 3. 583. Ad formam: *ὀρνιθοθήρας, λαγοθήρας, λυκοθήρας*, similia. — Vide praefat. § 1 α.

τάκωνες legitur Cratet. fr. 17, v. 4. Poll. 6. 53: *ἔστι δὲ γαστρίον ἡδυσμένον, ὃ καὶ τάκωνας ἔνιοι κεκλῆσθαι νομίζουσι, οἱ δὲ οἴονται τοὺς τάκωνας ἐκ ταγήνου κρέας, ἢ στέατος τροχοὺς σὺν ἁλσὶ καὶ ξηροῖς ἡδύσμασι κοπέντας*. Cf. praef. § 3 ζ. Est *ἅπαξ λεγόμενον* secundum Poll. 6. 53.

ταλαός idem, ut videtur, quod „*τλήμων*, miser" legitur Ar. Av. 687: *ἀπτῆνες ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοὶ, ἀνέρες εἰκελόνειροι*. Schol.: *τληπαθής*. Blaydesio mendosum videtur; reponere vult *μέλεοι* coll. Pac. 1063. 236.

Hes. Th. 563. Lenius Herwerdenus olim proposuit *ἐφημέριοί τ', ἀλαοὶ βροτοί*, aut *ἐφημέριοι, ἀλαοὶ βρ.*, licito hiatu propter antiquum digamma. *Ταλαός* est nomen proprium mythicum.

ταυθαρυστοί Theopomp. fr. 95 sunt „*ὅρμοι, ὧν κατεκρέμαντο λίθοι τινές*", *ὡς ἀπὸ τῆς κινήσεως ὠνομάσθαι* (Poll. 5. 98): *ταυθαρύζω* (cf. *τονθορύζω*) enim est „tremo" secund. vett. lexic., ita ut *ταυθαρυστός*, adi. verb., sit „mobilis, tremulus". — Vide praef. § 3 *θ*.

τάρακτρον, de homine, „perturbator" est Ar. Pac. 654: *καὶ λάλος καὶ συκοφάντης, καὶ κύκηθρον καὶ τάρακτρον.* Cf. Ach. 936. Verbum *ταράττω* saepius invenitur. De formatione ad *ἐξάλειπτρον*. Notio propria est „rudicula". — Vide praefat. § 2 *α* 3; *ταράκτης* est Lycophr. 43, *ταράκτωρ* Aesch. Sept. 554.

ταραξικάρδιος „animum mordens, concutiens" legitur Ar. Ach. 315: *τοῦτο τοὔπος δεινὸν ἤδη καὶ ταραξικάρδιον.* Cf. *ταραξιππόστρατος* s. v., *ταραξίπολις* Philo, *τάραξιππος* Paus. 6. 20, *βορβοροτάραξις* Ar. Eq. 309, sub quo vocabulo vide de compositione. Ad formam: *τλησικάρδιος* Aesch. Ag. 410. Prom. 159, *κλονοκάρδιος* Orph. H. 18. 8, *θρασυκάρδιος* Hom. Il. 10. 41. Hes. Sc. 448, *ταλακάρδιος* Soph. O. C. 545, *χαλκεοκάρδιος* Theocr. 13. 5, similia. — Vide praef. § 1 *γ*.

ταραξιππόστρατος „equestris perturbator" legitur Ar. Eq. 247: *παῖε παῖε τὸν πανοῦργον καὶ ταραξιππόστρατον.* Schol.: *τουτέστι τὸν ταράξαντα τὸ πλῆθος τὸ ἱππικόν.* Vide s. v. *ταραξικάρδιος.* De compositione ad *βορβοροτάραξις.*

ταργανοῦν de vino dicitur = „corrumpere" Platon. fr. 189, v. 3: *ἔπειτ' ἄκρατον κοὐ τεταργανωμένον ἔπινε.* *Τάργανον* (vinum corruptum) est Ath. 11. 495 d. Hesych.:

τάργανον· ὄξος ἢ τὸ ἀπὸ στεμφύλων πόμα. De compositione cf. s. v. βαλανοῦν.

ταχεωστί adverbium pro ταχέως usurpatur Pherecrat. fr. 239. Cf. μεγαλωστί Hom. Il. 16. 776. Her. 2. 161. Ap. Rh. 2. 838. Polyb. 28. 11. 5. Luc. Zeux 8, ἱ(ε)ρωστί Anacr. fr. 255 Bergk. Vide praefat. § 10 γ, quo etiam refero adv. πλειστaχόθεν „e plurimis locis" Aristoph. fr. 840. Ad formam cf. πολλαχόθεν Thuc. 6. 32. Plat. Legg. 8. 842 c. Dem. 30. 32, πανταχόθεν Ar. Lys. 1007. Plat. Conv. 170 e. Dem. 31. 10, serior., ὀλιγαχόθεν Her. 3. 96.

ταχύβουλος „qui celeris est consilii" legitur Ar. Ach. 630: διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐν Ἀθηναίοις ταχυβούλοις. Porro vide s. v. μετάβουλος.

τειχομάχας „qui contra moenia pugnat" legitur Ar. Ach. 570: εἴτ' ἔστι ταξίαρχος ἢ στρατηγὸς ἢ τειχομάχας ἀνήρ, βοηθησάτω. Verb. τειχομαχεῖν est ap. Her. 9. 70. Ar. Nub. 481. Thuc. 1. 102. Xen. Hell. 1. 1. 14, subst. τειχομαχία Her. 9. 70. Plat. Ion. 539 b. Cf. ἐγρεμάχας Soph. O. C. 1054, ὁπλομάχας Plat. Euthyd. 299, ῥιγομάχας Lucill. 6 (XI. 155), φαλαγγομάχας Philp. 29 (IX. 285), alia. De compositione vide ἀναγχιππεῖν.

τεκνίδιον „filiolus" legitur Ar. Lys 889: ὦ γλυκύτατον σὺ τεκνίδιον κακοῦ πατρός. Vide praefat. § 7. Cf. demin. τεκνίον in Anthol. Vocabulum pertinet ad deminutiva blanda.

τερπότραμις Teleclid. fr. 66 ab H. Steph. explicatur: „perinaeum (i. e. spatium inter pudenda et podicem) mulcens", a Meinek. „ὁ τοῖς ἀφροδισίοις τερπόμενος". Photius: ἡ τῶν ἀφροδισίων τέρψις. Secundum Kock. vocab. fictum est ad similitudinem Homerici τερπικέ-

ραυνος (Hom. A. 419. *υ*. 75.). Cf. etiam s. v. *διάτραμις*, et de compositione s. v. *ἀναγχιππεῖν*. — Vide praef. § 1γ.

τέτανος vide ad voc. *ἀντισπασμός*.

τετραποδηδόν adverb. „more quadrupedum" legitur Ar. Pac. 896, in locutione *τετραποδηδὸν ἑστάναι*, quod est schema obscoenum, quocum compara *ἐς γόνατα κῦβδ' ἑστάναι* Pac. 897 et *ὀκλαδίαν ποιεῖν* Eq. 1386; cf. Thesm. 490. *Τετραποδητί* est Polyb. 5. 60. 7, *τετραποδιστί* Luc. D. Mar. 7. 2. Porro vide s. v. *κριηδόν*.

τετράπτιλος „quattuor pennas gerens" legitur Ar. Ach. 1082: *βούλει μάχεσθαι Γηρυόνῃ τετραπτίλῳ*; (*Γηρυόνη τετράπτιλε* v. Leeuwen). Cf. *τετράπτερος* Soph. fr. 27. Aristot. H. A. 1. 5. De compositione cf. s. v. *βαθύκομος*. Eodem modo compositum est *τετραστάτηρος* „quattuor stateribus constans" Eccl. 413: *ὁρᾶτε μέν με δεόμενον σωτηρίας τετραστατήρου κἀυτόν*.

τετραστάτηρος vide s. v. *τετράπτιλος*.

τεττιγοφόρας „cicadiferus" legitur Ar. Eq. 1331: *ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν τεττιγοφόρας, ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός* (Porson. ex Hesychio). Schol.: *ἔθος ἦν τοῖς Ἀθηναίοις τὸ παλαιὸν τέττιξι χρυσοῖς ἀναδεῖσθαι τὴν κόμην*. Cf. Thuc. 1. 6. Luc. Navig. 3. Athen. 12. 512 c. Aelian. V. H. 4. 22. Procop. Epist. 18 et Tzetz. Chil. 1. 233 vocabulis *τεττιγοφόρος* et *τεττιγοφορία* comoediam fortasse imitati sunt. — Vide praefat. § 12. Ad formam cf. *σαμφόρας* (s. v.).

τευθίδιον „parva loligo" (piscis genus sepiae similis) legitur Pherecrat. fr. 130, v. 10: *τὰ δένδρη φυλλορροήσει τευθιδίοις ἁπαλοῖσι*. Etiam apud Eubul. 3. 258 et Ephipp. 3. 334. Deminutivum est vocab. *τευθίς* Ar. Ach. 1156. Eq. 929. Arist. H. A. 4. 1. Athen. 7. 326. Cf. praefat. § 7. Voc. pertinet ad deminutiva blanda.

τηλεσκόπος „cernens quae maximo etiam intervallo distant" legitur Ar. Nub. 290: ἐπιδώμεθα τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν. Schol.: τὰ πάντα ἐφορῶν. πόρρω ὁρῶν. Τηλέσκοπος = „quod e longinquo videri potest" invenitur ap. Hes. Th. 566. 569. Soph. fr. 319; cf. ἄσκοπος Soph. O. C. 1680, εὔσκοπος Hom. Od. 1. 38. Ar. Eccl. 2, ἀπόσκοπος Empedocl. 197, πρόσκοπος Aesch. Eum. 105.

τηλία „orbis s. ambitus cribri" legitur Ar. Plut. 1037: εἰ τυγχάνοι γ' ὁ δακτύλιος ὢν τηλία (sic vulgo, τηλίας R. Mein. Blayd.). Κοσκίνου κύκλος (Schol.), περιφέρεια τοῦ κοσκίνου (Etym. m. p. 756); est „fumarii operculum" Vesp. 147: ἀτὰρ οὐκέτ' ἐρρήσεις γε, ποῦ 'σθ' ἡ τηλία; nisi forte hoc loco idem significat, quod apud Pherecratem in fr. 126: τὸ παιδίον τὸ πολλαγόρασον κἀπὸ πολλῶν τηλιῶν, Schol. Plut. l. l.: τηλία ἐκαλεῖτο περίφραγμα σανίδων ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐν ᾧ ἄλφιτα ἐπιπράσκοντο. Similia Schol. Vesp. l. l. et Bekk. Anecd. 275. 15. Denique τηλία est „mensa in qua tesseris luditur" ap. Aeschin. 1. 53. Poll. 7. 203, sive „in qua galli pugnant" Poll. 9. 108.

τίζω i. e. τί λέγειν „de eo qui semper τί interrogabat" (Bergk.) Aristoph. fr. 871. Porro vide praef. § 1 γ. De formatione cf. s. v. βαρβιτίζειν.

τιθασευτής „is qui mansuefacit" legitur Ar. Vesp. 704: καὶ τοῦθ' ὧν εἵνεκ', ἐρῶ σοι, ἵνα γιγνώσκῃς τὸν τιθασευτήν. Passim occurrunt vocabula τιθασός, τιθασεύειν, unde Plat. Polit. 264 c τιθασεία, Arist. H. A. 1. 1 τιθασευτικός, Opp. Cyn. II. 543 τιθασεύτωρ.

τικτικόν i. e. „τὸ ταῖς τικτούσαις διδόμενον φάρμακον" legitur Aristoph. fr. 872. Poll. 4. 208: ἀμβλωθρίδιον φάρμακον, τικτικόν, ὠκυτόκιον, ἀτόκιον. De formatione cf. s. v. βαδιστικός.

τιμητικός „aestimatorius" legitur Ar. Vesp. 167 de πινακίῳ in quo ii qui litem aestimabant, suum scribebant suffragium: δότε μοι ξίφος ὅπως τάχιστ' ἢ πινάκιον τιμητικόν. Schol.: καταδικαστικὸν, ὅπου τὴν μακρὰν χαράσσοντες κατεδίκαζον ἢ τὴν μικρὰν καὶ ἀπέλυον. Photius p. 590. 7: τὸ τοῖς δικάζουσι διδόμενον (πινάκιον), ἐν ᾧ γράφουσι τί χρὴ τιμᾶν. Apud scriptores de rebus Romanorum τιμητικός est „censorius", Plut. Aemil. P. 38. De formatione cf. s. v. βαδιστικός.

τιμιοπώλης „qui nimio pretio merces vendit", legitur Phrynich. fr. 52: σὺ δὲ τιμιοπώλης ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς. Verb. τιμιοπωλεῖν est ap. Hesych., τίμιος (pretiosus, carus) Lys. 22. 8. Plat. Men. 95 a. Dem. 56. 8. al. Voc. in -πώλης cf. Poll. 7. 196—199. Vide praef. § 1 γ.

τιό et τιοτίγξ vocibus Aristophanes avium quarundam cantum imitatur Av. 237—267 et 738—784. Sic habet τριοτό et τοτοβρίξ Av. 242, τοτοτοτοτοτοτοτοτοτίγξ Av. 747. 779, τοροτίξ Av. 267, τοροτοροτοροτοροτίξ Av. 260, τοροτοροτοροτορολιλιλίξ Av. 262; κικκαβαῦ noctuae vox esse videtur Av. 261; ἰτώ est etiam avium vox Av. 228. Cf. etiam voc. ἐποποῖ Av. 58—60, et formam longiorem ibid. v. 227.

τιτθίον „mamilla" legitur Ar. Plut. 1067: πειρᾷ μὲν οὖν ἴσως σε καὶ τῶν τιτθίων ἐφάπτεταί σου, Lys. 83. Ach. 1199. Pac. 863. Ran. 412. Thesm. 143. 691. fragm. 325, Cratet. fr. 40, Canthar. fr. 6. Deminutivum est vocab. τιτθός (Lys. 1. 10. Ar. Thesm. 640); vide praef. § 7. Cf. deminut. τιτθίς ap. seriores.

τιτιτιτιτιτιτιτιτιτίνα Ar. Av. 315 et ποποποποποποποποῦ v. 310 sunt imitativa comice ficta (voces avium balbutientium). Sic Av. 319 vulgo legitur ποῦ πᾶ πῶς φής; ubi Herwerdenus conicit πωπωπῶς φής; vide

praef. § 1. — Cf. Ran. 1315: εἱειειειειειλίσσετε, productio vocab. εἱλίσσετε (cf. εἱειλισσόμενος Eur. El. 437) et εἱειειειειειλίσσουσα Ran. 1348. Ἡ ἐπέκτασις τοῦ εἱλίσσετε κατὰ μίμησιν τῆς μελοποιίας (Schol.). Vide praef. § 8.

τοκᾶν „parturire" legitur Cratin. fr. 449; subst. τοκάς est Od. 14. 16. Eur. Med. 187. Polyb. 12. 4. 8, τόκος Hom. Soph. Eur. Aristoph. Plat. De formatione cf. s. v. κιναβρᾶν. — Vide praefat. § 1 γ.

τορνευτολυρασπιδοπηγός „qui lyras fabricatur et scuta facit" legitur Ar. Av. 491: σκυτῆς, βαλανῆς, ἀλφιταμοιβοὶ, τορνευτολυρασπιδοπηγοί. Sic cod. S., schol., Suid., τορνευτασπιδολυροπηγοί codd. A. B. V. Schol.: οἱ τορνεύουσι λύρας καὶ ἀσπίδας πηγνύουσι. Verb. τορνεύω est Plat. Crit. 113 d. Tim. 35 b, subst. λυροποιός Plat. Crat. 390 b. Euthyd. 289 d, ἀσπιδοπηγός Poll. 1. 149. — Vide praef. § 1 α.

τορύνω „tudiculare" legitur Ar. Eq. 1172: ἐτόρυνε δ' αὔθ' ἡ Παλλὰς ἡ πυλαιμάχος. Seriores habent τορυνεῖν et τορυνᾶν. Subst. τορύνη est Ar. Eq. 984. Av. 78. Plat. Hipp. mai. 290 b. Lucian. Cont. 7. Leon. Tar. 14 (VI. 305). Vide praefat. § 3 ζ et 11 α.

τὸ τί in interrogationibus pro simplici τί usurpatur, cum respicitur ad praecedentia, Ar. Av. 1039. Pac. 696. 826. Nub. 748. 775. Plut. 902. 1076. Ran. 7. 40: ὁ παῖς. τί ἐστιν; οὐκ ἐνεθυμήθης; τὸ τί; ὡς σφόδρα μ' ἔδεισε. Sic τὰ τί invenitur Pac. 693: οἷά μ' ἐκέλευσεν ἀναπυθέσθαι σου. τὰ τί; πάμπολλα, ubi tamen Reisk., Dindorf., Richt., Blayd. proponunt τὸ τί, Herwerdeno propter praegressum οἷα et sequens ὅμοια necessarium videtur τίνα; Corruptelae causa fuit sequens τὸ τί; Verti potest „quid illud?".

τραγαλίζω „rodo" legitur Ar. Vesp. 674: ὡς ἦσ-

θηνται τὸν μὲν σύρφακα τὸν ἄλλον ἐκ κηθαρίου λαγαριζόμενον καὶ τραγαλίζοντα τὸ μηδέν, i. q. τρωγαλίζω, quod interpretatur scholiasta. Cf. τραγασαῖος Ach. 808, τράγημα Ach. 1091. Plut. 190. 996. Xen. An. 2. 3. 15. Plat. Rep. 2. 372 c, τραγηματίζω Arist. Eth. 10. 5. Menand. 4. 223, subst. τραγηματισμός Aristot. ap. Ath. 14. 641 e, τρωγάλια Pind. fr. 94. Ar. Pac. 772. Plut. 798, etc.

τραγασαῖος Ar. Ach. 808: ποδαπὰ τὰ χοιρί'; ὡς τραγασαῖα φαίνεται comice dictum est cum allusione ad verb. τραγεῖν et ad urbem Troadis seu Mysiae quae est Τραγασαί. Schol.: ἀπὸ τοῦ τρώγειν ἔπαιξεν, ἅμα δὲ καὶ ὡς ἀπὸ πόλεως. Ach. 853: ὄζων κακὸν τῶν μασχαλῶν πατρὸς τραγασαίου voc. usurpatur cum allusione ad eandem urbem et ad voc. τράγος (hircus), ita ut fere idem sit quod τραγομάσχαλος, quod vide. Schol. τραγασαῖος δὲ εἶπε διὰ τῶν τράγων δυσωδίαν. Cf. etiam s. v. τραγαλίζω. Simili ioco κοπρεαῖος s. κόπρειος usurpatur Eq. 899 et Eccl. 317 cum allusione ad nomen κόπρος (stercus) et ad pagum Κόπρος tribus Hippothontidis: ὁ δ' ἤδη τὴν θύραν ἐπεῖχε κρούων ὁ κοπρεαῖος (sic cod. R. Ald. vulg.; κοπραῖος A. B. Γ., ὅδε κοπρεῖος Lenting).

τραγομάσχαλος „cuius alae hircum olent" legitur Ar. Pac. 813: γραοσόβαι, μιαροί, τραγομάσχαλοι, ἰχθυολῦμαι. Schol.: ἀντὶ τοῦ δύσοσμος. Cf. s. v. τραγασαῖος. Verb. τραγίζω (hircum olere) est apud seriores. De compositione ad ἀλφιτόχρως. — Vide praefat. § 1 γ.

τραγῳδικός pro usitatiore τραγικός legitur Ar. Ach. 9. Plut. 424. Ran. 769. 1495: τὰ μέγιστα παραλιπόντα τῆς τραγῳδικῆς τέχνης. Τραγικός invenitur ap. Her. 5. 67. Ar. Pac. 136. Xen. Cyr. 6. 1. 54. Plat. Phaed. 115 a. Polyb. 2. 16. 14. Cf. τρυγικός, τρυγῳδικός s. v. τρυγῳδία. De formatione vide κρητικός.

τραπέμπαλιν adverb. = „ὑπεναντίως" (Photius) legitur Pherecrat. fr. 240. Compositum est e verbo τρέπω et adv. ἔμπαλιν. Cf. ἀνάπαλιν Plat. Theaet. 192 d, et serior. Sic apud solum Platonem (fr. 130) invenitur adverbium *στάδην*: ὥσπερ ἀπόπληκτοι στάδην ἑστῶτες ὠρύονται = immoti stantes (Livius) (?) Aliam notionem habet ap. Nic. Al. 327 („secundum pondus"). Ad formam cf. σποράδην, συλλήβδην, ἄρδην, alia. — Vide praefat. § 10 γ.

τριβολεκτράπελος vide s. v. τρίβολος.

τρίβολος metaphorice „ἐπίτριπτος" legitur Ar. Lys. 576: ἐκραβδίζειν τοὺς μοχθηροὺς καὶ τοὺς τριβόλους ἀπολέξαι. Schol.: μοχθηρός. Proprie est ἀκανθῶδες φυτόν, ovium velleribus saepe adhaerens, „tribulus" cf. Evang. Matth. 7. 16. — Vide praefat. § 2 α 1. Cum hoc voc. compositum est voc. *τριβολεκτράπελος*, Nub. 1003: οὐ στωμύλλων κατὰ τὴν ἀγορὰν τριβολεκτράπελ' οἷάπερ οἱ νῦν, quod comice fictum, sed adhuc nondum satis perspicue explicatum est; ἐκτράπελος est „insolens", cf. Ael. H. A. 14. 9, ἐκτραπελογάστωρ Epicharm. fr. 42; τριβολεκτράπελα (ἔπη) igitur = „(verba) acuta (ὡς τρίβολος) et insolentia" (?) Scholiastae derivatio a. v. τρίβειν nihili est, nam neglegit syllabam ολ; τριβολευτράπελος coni. Kock.

τριβωνικῶς „in modum pallii detriti" legitur Ar. Vesp 1132: τηνδὶ δὲ χλαῖναν ἀναβαλοῦ τριβωνικῶς. Blaydes in hoc voc. allusionem videt ad voc. τρίβων (Nub. 869), ita ut sit „sollerter, perite". Τρίβων est pallium detritum Ach. 184. 343. Vesp. 1131. Plat Prot. 335 d. Conv. 219 b. Dem. 54. 34 — Cf. praefat. § 10 β.

τρίδουλος „trium servorum par" est Aristoph. fr. 576: ζεῦγος τρίδουλον. Hesych.: (v. ζεῦγος τριπάρθενον)·

Ἀριστοφάνης καταχρηστικῶς ἐπὶ τῶν τριῶν τὸ ζεῦγος ἔθηκε. Ζεῦγος τριπάρθενον est ap. Soph. fr. 490. Eur. El. 125, τρίδουλος contra ap. Soph. O. R. 1063 significat δοῦλος ἐκ τριγονίας. — Vide praef. § 2 β.

τριέμβολος „ut tria rostra" legitur Ar. Av. 1256: οὕτω γέρων ὢν στύομαι τριέμβολον. Proprie de navibus usurpatur („tria rostra habens"), cf. δεκέμβολος Aesch. fr. 129; sed in Av. obscoenam habet notionem, quia τὸ ἔμβολον s. ὁ ἔμβολος = τὸ πέος, cf. Aristoph. fr. 317: οὐδ' ἄλλον (οἶνον πίνειν ἐάσω) ὅστις ἐπεγερεῖ τὸν ἔμβολον. De navibus ἔμβολον est Pind. P. 4. 191. Her. 1. 166. Thuc. 7. 36. — Cf. praefat. § 4. — De compositione vide δίμυξος.

τριημιωβόλιον vide ad voc. διώβολον.

τρίμμα vide s. v. τρύμη.

τρίμυξος vide ad voc. δίμυξος.

τρίπαλαι et τρισμυριόπαλαι vide ad voc. δεκάπαλαι.

τριτοστάτις femininum vocabuli τριτοστάτης, i. e. „is qui in choreis praesultori sive praecentori tertius est, is enim qui proximus ei est παραστάτης nominatur" (H. Steph.) legitur Aristoph. fr. 487; τριτοστάτης est ap. Aristot. metaph. 4. 11. Ad formam vocabuli cf. παραστάτις (auxiliatrix) Soph. O. C. 559, Xen. Mem. 2. 1. 32, serior., ἀποστάτις (πόλις) serior., προστάτις Luc. bis accus. 29, similia.

τρίχαπτον apud Pherecratem in fr. 108, v. 28: κόραι ἐν ἀμπεχόναις τριχάπτοις = βαμβύκινον ὕφασμα, ἱμάτιον πολυτίμητον (Photius). Poll. 2. 24: τρίχαπτον πλέγμα τι ἐκ τριχῶν. — Cf. praefat. § 3 θ.

τριχοβρώς „tinea, animalculi crinivori species" (Blayd.) legitur Ar. Ach. 1111: ἀλλ' ἢ τριχοβρῶτες τοὺς λόφους μου κατέφαγον. Poll. 2. 24: τριχοβρῶτες θηρίδια

τινα σινόμενα τὰς τρίχας. Idem fortasse est quod σής Ar. Lys. 730. Luc. adv. ind. 1 etc. Schol. explicat etiam θρίψ et σκώληξ. Ad formam cf. σιδηροβρώς Soph. Ai. 807, χειροβρώς Stesich. ap. Zenob. 6. 44, ἀνδροβρώς Eur. Cycl. 93. Herc. 385, ἡμιβρώς passive Antiphan. III 49, νεοβρώς Hippocr. II 310 ed. Erm.

τριψημερεῖν „diem tero" legitur Ar. Vesp. 849: οἴμοι, διατρίβεις κἀπολεῖς τριψημερῶν. Cf. τριψεργία ap. seriores et de compositione ad βορβοροτάραξις. — Vide praef. § 1 γ.

τρόπα „lusus puerilis genus" legitur Cratin. fr. 170: οἳ (Mein.) Διονυσίοις ἀκύλοις παίζουσ' ἀνέμενοι τρόπα. Poll. 9. 103: „ἡ δὲ τρόπα καλουμένη παιδιὰ γίνεται μὲν ὡς τὸ πολὺ δι' ἀστραγάλων, οὓς ἀφιέντες στοχάζονται βόθρου τινὸς εἰς ὑποδοχὴν τῆς τοιαύτης ῥίψεως ἐξεπίτηδες πεποιημένου· πολλάκις δὲ καὶ ἀκύλοις καὶ βαλάνοις ἀντὶ τῶν ἀστραγάλων οἱ ῥίπτοντες ἐχρῶντο". — Cf. praefat. § 3 θ.

τροχήλατος signif.: „τῷ κεραμέῳ τροχῷ ἐλαθείς, rota figulari circumactus, factus" Ar. Eccl. 1: ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου. Usus est etiam Xenarch. com. 3. 614. Vocabulum e tragoedia sumptum est, quamquam ibi aliam habet notionem, cf. Aesch. Pers. 926. fr. 161. Soph. El. 49. Eur. I. T. 82. Andr. 399. Vide praefat. § 8. Cf. τροχός (rota figularis) ap. Hom. Il. 18. 600 Ar. Eccl. 4. Plat. Rep. 4. 420 e. Polyb. 12. 15. 6.

τρύβλιον vide s. v. ὀπτάνιον.

τρυγερός vide ad voc. γλύξις.

τρυγικός vide s. v. τρυγῳδία.

τρυγοδαίμονες vide s. v. τρυγῳδία.

τρύγοιπος „saccellus, quo faecem veteres percolabant" legitur Ar. Plut. 1087: οὐκοῦν τρύγοιπος ταῦτα

πάντ' ἰάσεται et Pac. 535. Idem est *ὑλιστήρ* (Poll. 6. 19) et *σακελιστήριον* (Schol.). Verbum *τρυγοιπεῖν* habet Suid. Vocabulum formatum est a voc. *τρύξ* et *ἰποῦν* (*τρυγοιπος*); vide *βδελλολάρυγξ*. — Cf. praef. § 3 *θ*.

τρυγῳδία dictum est pro *κωμῳδία* Ar. Ach. 499 et 500: *τὸ γὰρ δίκαιον οἶδε καὶ τρυγῳδία*. Sic *τρυγῳδός* pro *κωμῳδός* Vesp. 650. 1537 et fr. 149, v. 9: *πρῶτα μὲν Σαννυρίων ἀπὸ τῶν τρυγῳδῶν*, *τρυγικός* pro *κωμικός* Ach. 628, *τρυγῳδικός* pro *κωμῳδικός* Ach. 886: *ἦλθες ποθεινὴ μὲν τρυγῳδικοῖς χοροῖς*. Tandem *τρυγοδαίμονες* dicuntur *οἱ κακοδαίμονες τρυγῳδοί* s. *κωμῳδοί* Nub. 296: *οὐ μὴ σκώψει μηδὲ ποιήσεις ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι*. Cf. *κοιλιοδαίμων* s. v., *κρονοδαίμων* com. anon. 4. 665, *σοροδαίμων* com. anon. 4 667, *νακοδαίμων* Stratonic. ap. Ath. 8. 352 b. Quare comoedia *τρυγῳδία* dictum sit non constat: Athen. 1. 40 b, quia *κατὰ τὸν τῆς τρύγης καιρὸν* primum inventa est. Schol.: *διὰ τὸ τρύγα ἔπαθλον λαμβάνειν ἢ διὰ τὸ τρυγὶ χρίεσθαι τὰς ὄψεις*. Cf. Horatianum p e r u n c t i f a e c i b u s o r a.

τρυγῳδικός vide s. v. *τρυγῳδία*.

τρυγῳδοποιομουσική Aristoph. fr. 333: *ἦν μέγα τι βρῶμ' ἔτι τρυγῳδοποιομουσική* ab H. Steph. explicatur „musica faciendis comoediis adhibita, vel poetarum comicorum"; nihil aliud indicare videtur quam *τρυγῳδία*, vide s. v. Kock.: „erat sane fructuosa Atheniensibus c o m o e d i a eo tempore" sqq. *Τρυγῳδοποιός* extare non videtur, *τρυγῳδός* vide s. v. *τρυγῳδία*. — Cf. praef § 1 a.

τρυγῳδός vide s. v. *τρυγῳδία*.

τρύμη „tritus in versutiis" legitur Ar. Nub. 448: *κύρβις, κρόταλον, κίναδος, τρύμη*. Proprie est „foramen", i. q. *ὀπή* et inde de eo dicitur, qui per quamvis angustum foramen effugere queat (Bl.). Phot. 608. 15:

τρύμη· πανοῦργος. Cf. *τρυμαλία* Sotad. ap. Ath. 13. 621 a. Aesop. fab. 26. Sic *τρίμμα* Nub. 260 et Av. 431: *σόφισμα, κύρμα, τρίμμα, παιπάλημ' ὅλον* est „versutus" i. q. *τρίβων* Eur. Rhes. 625. Bacch. 716. Ar. Nub. 869. 870 = *ἐντριβὴς καὶ ἔμπειρος*. Cf. *περίτριμμα* s. v., *τριπτήρ* Ach. 937; *τρίμμα* est etiam „potio ex aromatis tritis" Alexid. 3. 471. Timocl. 3. 591. Axionic. 3. 531. Vide praefat. § 2. *α*. 1.

τρυσίβιος „vitam consumens" (Blayd.) legitur Ar. Nub. 421: *Φειδωλοῦ καὶ τρυσιβίου γαστρὸς καὶ θυμβρεπιδείπνου*. Cf. *τρυσάνωρ* Soph. Phil. 209. — *ῥιγεσίβιος* com. anon. 4. 667 = *ὁ ἀεὶ ῥιγῶν*, *βραχύβιος* Plat. Rep. 8. 546 a etc., *δηρόβιος* Aesch. Sept. 506, *κακόβιος* Her. 4. 95. Xen. Cyrop. 7. 5. 67, *μακρόβιος* Aristot. rhet. 5, similia. De compositione cf. s. v. *βορβοροτάραξις*. — Vide praefat. § 1 *γ*.

τρυφεραίνομαι „deliciis et mollitie perditus sum" legitur Ar. Vesp. 688: *ὡδὶ διαβὰς, διακινηθεὶς τῷ σώματι καὶ τρυφερανθείς*. Verbum formatum est ab adiectivo *τρυφερός* (mollis, luxuriosus) Ar. Vesp. 551. 1169. Eur. Bacch. 150. Thuc. 1. 6 etc. Cf. verb. *τρυφᾶν* Ar. Nub. 48. Lysistr. 405. Eur. I. A. 1303. Isocr. 4. 151 etc., subst. *τρυφή* Eur. Phoen. 1498. Ar. Lys. 387. Plat. Legg. 10. 901 e etc., *τρυφερεύομαι* ap. seriores, et *διαθρύπτεσθαι*.

τρυφοκαλάσιρις Aristoph. fr. 320, v. 6 est „*ἔνδυμα γυναικεῖον*" sec. Hesych., „vestis quaedam pretiosa, *ἡ τρυφερὴ καλάσιρις*". *Καλάσιρις* autem ab Hesychio explicatur: *χιτὼν πλατύσημος ἢ ἡνιοχικὸς καὶ ἱππικὸς χιτών. ἔνιοι δὲ λινοῦν καὶ ποδήρη χιτῶνα ἰσχνόν*, et invenitur Cratin. fr. 30. Herod. 2. 81. Poll. 7. 71. Athen. 12. 525 d. Phot. Herod. explicat *κιθῶνας λινέους περὶ τὰ σκέλεα θυσανωτούς*.

τρώξ „vermiculus qui legumina rodit" legitur Stratt. fr. 80; *θηρίον τὸ ἐν τοῖς ὀσπρίοις* (Photius). Simile animalculum videtur fuisse *τρωξαλλίς* Alex. fr. 15 vs. 12. Vocabulum formatum est a verbo *τρώγω*, ut *κρέξ* a. v. *κρέκειν*.

τυκίζω „polio, scalpo" legitur Ar. Av. 1138: *τούτους δ' ἐτύκιζον αἱ κρέκες τοῖς ῥύγχεσιν.* Schol.: *τύκος ἐργαλεῖόν τι ᾧ τοὺς λίθους περικόπτουσι καὶ ξέουσιν.* Cf. Eur. Herc. 945. Poll. 10. 147; 7. 125, *τύκισμα* ap. Eur. Troad. 814. De formatione cf. s. v. *ἀνθρακίζω*.

τυννοῦτος = „tantillus" et *τυννουτοσί* leguntur Ar. Thesm. 745. Nub. 392. 878. Ach. 367. Eq. 1220 et Ran. 139: *ἐν πλοιαρίῳ τυννουτῳί σ' ἀνὴρ γέρων ναύτης διάξει.* Derivatur vocabulum a *τύννος*, forma dorica pro *μικρός*, cf. Theocr. 24. 137, ad analogiam pronominum *τοιοῦτος*, *τηλικοῦτος*, cett.

τυντλάζειν legitur Ar. Pac. 1148: *οὐ γὰρ οἷόν τ' ἐστὶ πάντως οἰναρίζειν τήμερον οὐδὲ τυντλάζειν.* Schol.: *πηλοπατεῖν· τύντλος γὰρ ὁ πηλός. ἢ ἀντὶ τοῦ βωλοκοπεῖν.* Phot. p. 610. 13: *τυντλάζειν· εἰς πηλὸν ἐμβαίνειν.* Verbo usus est etiam Sosipat. com. 4. 483. Subst. *τύντλος* = *πηλός*, adi. *τυντλώδης* extant in vet. lexic. De formatione cf. *βαρβιτίζειν*, *τυντλάζειν* = *τὸν πηλὸν πατεῖν* s. *κόπτειν*.

τυρόνωτος „dorsum habens e caseo" legitur Ar. Ach. 1125: *κἀμοὶ πλακοῦντος τυρόνωτον δὸς κύκλον.* Cf. ad formam: *χρυσόνωτος*, *χαλκόνωτος*, *σιδηρόνωτος* (Soph. Ai. 847. Eur. Troad. 1136. Phoen. 1130). De compositione s. v. *ἀλφιτόχρως*. — Vide praef. § 1 *γ*.

τυροπωλεῖν Ar. Ran. 1369 comice usurpatur = „ad libram tamquam caseum vendere" (Blayd.): *ἀνδρῶν ποιητῶν τυροπωλῆσαι τέχνην.* Substantivum *τυροπώλης* legitur Eq. 854: *τούτους δὲ περιοικοῦσι μελιτοπῶλαι καὶ*

τυροπῶλαι. De compositione cf. s. v. *ἀγριοποιός*. — Vide praef. § 3 *β*.

τυφεδανός „senex decrepitus" legitur Ar. Vesp. 1364: *ὦ οὗτος οὗτος, τυφεδανὲ καὶ χοιρόθλιψ*. Idem est *τυφογέρων* Nub. 908. Lys. 335: *ἤκουσα γὰρ τυφογέροντας ἄνδρας ἔρρειν*. Eust. ad Od. p. 1431. 39: *ὅθεν τυφογέροντες οἱ τοιοῦτοι καὶ τῦφοι καὶ τυφεδανοὶ σκώπτονται διὰ τὸ δεῖν εἶναι ἤδη τύφεσθαι τοὺς τοιούτους ἤγουν καίεσθαι νεκρικῶς. ὅθεν καὶ τυμβογέροντες οἱ αὐτοὶ καὶ σορόπληκτοι καὶ σοροπλῆγες*. Ad formam cf. *ὠμογέρων* Hom. Ψ 791, *δημογέρων* Hom. Γ 149. Vide praefat. § 1 *γ*.

τυφογέρων vide s. v. *τυφεδανός*.

Υ.

Ὗ ὖ ad exprimendum sonum quem quis olfaciens edit legitur Ar. Plut. 895, ubi sycophanta carnes assas odoratus eas voculas sexies repetit; cf. μὺ μῦ Eq. 10. Thesm. 231: μὺ μῦ. τί μύζεις; πάντα πεποίηται καλῶς, φῦ φῦ Lys. 294. 304: φῦ φῦ. ἰοὺ ἰοὺ τοῦ καπνοῦ. Vide praefat. § 6; φῦ φῦ usurpatur ἐπὶ τῶν φυσσώντων πῦρ (Theodos. Gr. p. 79); φὺ φῦ malit Richter Praef. Pac. p. 53, coll. ὖ ὖ et μὺ μῦ.

ὑδατοπότης „aquae potor" legitur Phrynich. fr. 69, v. 2: ἄνθρωπος ὢν ὑδατοπότης, μινυρὸς ὑπερσοφιστής. Idem est ὑδροπότης Xen. Cyr. 6. 2. 29. Verbum ὑδατοπωτεῖν habent Cratin. fr. 288. Lucian. Icarom. 7, subst. ὑδατοποσία Hippocr. Luc. rhet. praec. 9, ὑδροποσία Xen. Cyr. 1. 5. 12. Plat. Legg. 2. 674 a, ὑδροποτεῖν Her. 1. 71. Xen. Cyr. 6. 2. 26. Plat. Rep. 8. 561 e. — Ad formam cf. οἰνοπότης Polyb. 20. 8. 2. Evang. Matth. 11. 19, ζωροπότης in Anthol., μετριοπότης Xen. Apol. 19, ἡδυπότης in Anthol., ὀλιγοπότης Athen. 10. 419 a, πολυπότης Polyb. 33. 14. 1. Plut. Cim. 4, φιλοπότης Her. 2. 174. Av. Vesp. 79.

ὑδριαφόρος „hydriam gestans" legitur Ar. Eccl. 738: φέρε δεῦρο ταύτην τὴν ὑδρίαν, ὑδριαφόρε. Cf. ὑδρία Av. 602. Eccl. 678. Dem. 47. 52, ὑδροφόρος Her. 3. 14. Xen. An. 4. 5. 10. Luc. vit. auct. 7, ὑδροφορία Luc. D. Mar.

6. 2, ὑδροφορεῖν Xen. An. 4. 5. 9. Luc. Tim. 18. De compositione vide ἀγριοποιός.

ὑηνία „porcina insulsitas s. stupiditas, suillum ingenium" legitur Ar. Pac. 928: ἵνα μὴ γένηται Θεαγένους ὑηνία, Pherecrat. fr. 237 et fortasse etiam apud Calliam (fr. 31). Etym. m. p. 733. 30: συηνία καὶ ὑηνία· ἀμαθία, σκαιότης, eadem Phot. p. 616, 17. Schol.: μωρία, ἀμαθία. Cf. verbum ὑηνεῖν (porcinis moribus esse) Plat. Theaet. 166 c, adi. ὑηνός Plat. Legg. 7. 819 d, ὑηνεύς (qui est suillo ingenio) vet. lex., ὑομουσία s. v. Apud Pherecratem invenitur etiam συηνία (l. l.). Apud Calliam incertum est utrum ὑηνός an ὑηνία inveniatur. De formatione cf. s. v. ἀγαλαξία.

ὑίδιον „filiolus" legitur Ar. Vesp. 1356: τὸ γὰρ ὑίδιον τηρεῖ με κἄστι δύσκολον. Vide praefat. § 7. Eadem forma etiam demin. esse potest voc. ὗς (Xen. Mem. 1. 2. 31.). Vocabulum pertinet ad deminutiva blanda.

ὑληφόρος „lignatrix" legitur Ar. Ach. 272: κλέπτουσαν εὑρόνθ' ὡρικὴν ὑληφόρον. Verbum ὑληφορεῖν est ap. Phryn. B. A. 67, ὑλοφόρος ap. Leon. Tar. 16 (XI. 335) et verb. ὑλοφορεῖν ap. seriores. De compositione vide ἀγριοποιός. — Cf. praefat. § 2 β.

ὑλοδρόμος „in silva currens s. degens" legitur Ar. Thesm. 47: θηρῶν δ' ἀγρίων πόδες ὑλοδρόμων μὴ λυέσθων. Cf. ὑλόβιος, ὑλοδίαιτος, ὑλοκάτοικος, ὑλονόμος, ὑλοφάγος, ὑλοφορβός, quae omnia fere idem significant et extra comoediam leguntur. Ad formam: βοηδρόμος Eur. Phoen. 1441. Or. 1290, δολιχοδρόμος Plat. Prot. 335 e. Xen. Symp. 2. 17, ὀρειδρόμος Eur. I. A. 1593, σταδιοδρόμος Stratt. com. fr. 62. Plat. Legg. 8. 833 a, similia. De compositione ad ᾀδοφοίτης. — Vide praefat. § 8.

ὑομουσία „musa porcina" legitur Ar. Eq. 986: ἀλλὰ

καὶ τόδ' ἔγωγε θαυμάζω τῆς ὑομουσίας αὐτοῦ. Cf. ὑηνία s. v., ἀμουσία Eur. Herc. 676. Plat. Legg. 3. 691 a etc., εὐμουσία Plat. Gorg. 486 c. Plut. plac. philos. 4. 20. Diog. L. 2. 136, φιλομουσία Luc D. Mer. 8. 2, κακομουσία Plut. Symp. 9. 15. 2. De compositione cf. s. v. βδελλολάρυγξ. — Vide praefat. § 1 γ.

ὑοσκυαμᾶν „insanire ex hyoscyamo" legitur Pherecrat. fr. 72: ὑοσκυαμᾷς ἀνὴρ γέρων ὤν. Phot. et Suid.: ὑοσκυαμᾶν· μεμηνέναι, παραπαίειν. Hesych.: ὑοσκυαμᾷς· μαίνῃ· ἀπὸ τῆς πόας. Ὑοσκύαμος herba invenitur Xen. Oec. 1. 13 etc. De formatione cf. s. v. κιναβρᾶν. — Vide praefat. § 1 γ.

ὑπαντάξ adverb. „ex adverso" legitur Aristoph. fr. 616: ἔφευγε, κἀγὼ τῆς ὑπαντὰξ εἰχόμην. Idem est quod ἐξ ἐναντίας (Herod. 8. 7. Thuc. 4. 33, etc.) sive ἀντικρύ (Hom. E 130, etc.). Cf. ὑπαντᾶν Pind. P. 8. 62. Soph. Phil. 710, ἔναντα Hom. Υ. 67. Pind. N. 10. 66. Soph. Ant. 1284. Eur. Or. 1478. Ad formam: ἐναλλάξ Nub. 983 et alibi, παραλλάξ Soph. Thuc. etc., ὀδάξ Hom. Λ 749. Vesp. 164, etc., λάξ, πάξ, πατάξ, alia.

ὑπαποκινεῖν „paullatim discedere" legitur Ar. Av. 1011, Eccl. 1165, Thesm. 924: τουτὶ πονηρόν· ἀλλ' ὑπαποκινητέον. Cf. ἀπόκινος s. v., ὑπάγειν Her. 4. 120. Av. 1017. Thuc. 4. 127. Xen. Cyr. 4. 6. 37. Sic ὑπαποτρέχειν invenitur Aristoph. Eccl. 284: ἐς τὴν πύκνα ὑπαποτρέχειν (ἔστ' ἀποτρέχειν Mein., ὥστ' ἀποτρέχειν coni. Bergk.). Schol.: ὀπίσω τρέχειν. Cum ὑπαπο- composita sunt etiam ὑπάπειμι Thuc. 3. 111. Ael. H. A. 11. 33, ὑπαποκρύπτω Ael. H. A. 5. 40, ὑπαπολείπω ibid. 10. 43, ὑπαποψήχω ibid. 3. 24; cf. praef. § 5.

ὑπαποτρέχειν vide ad voc. ὑπαποκινεῖν.

ὑπερακοντίζω „superare" legitur Aristoph. Av. 363.

Plut. 666. Eq. 659: „κἄγωγ' ὅτε δὴ 'γνων τοῖς βολίτοις ἡττημένος διακοσίαισι βουσὶν ὑπερηκόντισα". Invenitur etiam Diphil. fr. 63. 5. E comoedia sumpsisse videntur Lucian. adv. ind. 14. Athen. IV. p. 168 d. Cf. praef. § 12. Similiter ὑπερδισκεῖν τινα Phryn. Bekk. p. 67, 27; cf. Aesch. Suppl. 482 μίασμ' ἔλεξας οὐχ ὑπερτοξεύσιμον. Porro vide s. v. καθυπερακοντίζω et praefat. § 5 et 2 α 3.

ὑπεραναιδεύομαι „impudentia vincor" legitur Ar. Eq. 1206: οἴμοι κακοδαίμων, ὑπεραναιδευθήσομαι. Schol.: τῇ ἀναιδείᾳ νικηθήσομαι. Cf. καταναιδεύομαι ap. Eustathium. — Vide praef. § 5.

ὑπεραποκρίνομαι Ar. Vesp. 951 et Thesm. 186: ἐὰν γὰρ ὑπεραποκρίνῃ μου, σαφῶς σώσεις ἐμέ idem est quod ὑπεραπολογεῖσθαι ap. Her. 6. 136. Xen. Hell. 1. 7. 16. Simplex ἀποκρίνομαι est ἀπολογεῖσθαι Plat. Gorg. 515 c. Ar. Ach. 632. — Vide praef. § 5.

ὑπερεξηκοντέτης „plus quam sexagenarius" legitur Ar. Eccl. 982: ἀλλ' οὐχὶ νυνὶ τὰς ὑπερεξηκοντέτεις εἰσάγομεν. Ἑξηκονταετής (ἑξηκοντούτης) invenitur apud Plat. Legg. 6. 755 a, 7. 812 b, Hippocr. et seriores. — Vide praef. § 5.

ὑπερπυππάζειν i. q. ὑπερθαυμάζειν, παρὰ τὸ πύππαξ, ὅ ἐστιν ἐπίρρημα θαυμασμοῦ (Phryn. Bekk. p. 69. 7) legitur Ar. Eq. 680: οἱ δ' ὑπερεπῄνουν ὑπερεπύππαζόν τέ με. Simplex *πυππάζειν* „mirantem exclamare πύππαξ" legitur Cratin. fr. 52: οἱ δὲ πυππάζουσι περιτρέχοντες, ὁ δ' ὄνος ὕεται. Πύππαξ invenitur ap. Plat. Euthyd. 303 a. De formatione verbi πυππάζειν cf. s. v. βρύλλω. — Vide praef. § 1 γ.

ὑπερπυρριᾶν „erubescere propter aliquem" legitur Ar. Ran. 308: ὁδὶ δὲ δείσας ὑπερεπυρρίασέ σου, cum

allusione ad significationem „concacandi" (ἐπιχέζειν). Cf. πυρρός Eccl. 329. 1061. Eq. 900, ὑπερδέδοικα Aesch. Sept. 274. Soph. Ant. 82. Her. 8. 94. — Vide praef. § 1γ. Sic ὑπερυθριᾶν „subrubescere" legitur Plut. 702: Ἰασὼ μέν γ' ἐπακολουθοῦσ' ἅμα ὑπηρυθρίασε (ὑπερηρυθρίασε coni. Bergk.). Cf. ὑπέρυθρος Thuc. 2. 49. Plat. Rep. 10. 617 a. Simpl. ἐρυθριᾶν est Plat. Prot. 312 a. Dem. 18. 128, ἐρυθραίνεσθαι Xen. Cyr. 1. 4. 4. Arist. Eth. 4. 15. — Vide praef. § 5.

ὑπερσοφιστής „qui est supra modum σοφιστής" legitur Phrynich. fr. 69: ἄνθρωπος ὢν ὑδατοπότης, μινυρὸς ὑπερσοφιστής. Cf. ὑπερσοφιστεύω Philostr., ὑπέρσοφος Ar. Ach. 971. Plat. Euthyd. 289 e. Ἀντισοφιστής est Luc. Alex. 43, κατασοφιστής Eustath. Simplex σοφιστής passim invenitur. — Vide praef. § 5.

ὑπερυθριᾶν vide s. v. ὑπερπυρριᾶν.

ὑπέχειν „προφασίζομαι, praetendo" legitur Ar. Pac. 908: ἀλλ' ηὗρον ἄν σ' ὑπέχοντα τὴν ἐκεχειρίαν, cum allusione ad ὑπέχειν τὴν χεῖρα (ad munus accipiendum). Cf. Dem. p. 421; Menand. 4. 159. Παρέχειν (προφάσεις) est Av. 581. Ὑπέχειν proprio sensu invenitur Hom. H. 188. Her. 1. 151. Ar. Pac. 431. Ach. 1063, est „praebere" Pind. Ol. 2. 60. Eur. Ion. 1372. Dem. 19. 255 etc., „perferre, tolerare" Soph. Trach. 1264. — Vide praef. § 2 β.

